absimilis, aëri et luci expositum colorem non acquirat nisi leviter roseum (a Cedrireto, quod vocant). Pond. spec. = 1,037; fervet ad Grad. 162 R. — *Part. const.* Carbonei 7, Hydrogenii 9, Oxygenii 1, Pond. Mixt. — *Usus:* In dentium cariosarum doloribus, in combustionibus, gonorrhoea, scabie, tinea. In sistendis sanguinis profluviis, et levando carcinomate uteri laudes in id collocatae experientia non sunt comprobatae.

**LAC.** Milch. *Lait*, medicamenta dicuntur liquida, coloris albi, impellucida, a similitudine, quam habent cum lacte vaccino. Liquida turbida fiunt emulsionibus parandis sicut Lac Ammoniaci, vel corpore resinoso praecipitato sicut Lac Benzoës, vel denique Sulphure praecipitato, sicut Lac Sulphuris, lac unicum quod siccum hoc nomen gerit.

LAC ADSTRINGENS Saunder.

Rec. Cort. Quercus, — Granat., Rad. Tormentill. āā Drachm. duas, Aq. comm, Lact. vaccini āā Libr. unam, coque ad dimidiam, col. adde Pulv. Cinnamom. Drachm. duas.

LAC ALUMINIS Bate.

Rec. Aq. albumin. Ovor. Unc sex, Pulv. Alumin. Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas, optime concute.

**LAC AMMONIACI**, s Ammoniacale, Emulsio Ammoniaci, s. Gummi Resinae Ammoniaci, Emulsio Brunneri, Mixtura Gummi Ammoniaci (Ph. Hisp.), Mixtura Ammoniaci (Ph. Lond.) Ammoniakmilch, Ammoniakemulſion. *Lait de Gomme Ammoniaque.*

Rec. Gummi Ammoniaci, — Arabici āā Unc. semis, in mortario bene per se tritis adde Aquae destillatae tantillum, ut mucilago densior fiat, quam pistilli ope optime contere; tum sensim adde Aquae destillatae tantum ut ex toto Uncias octo addideris. — *Vis:* resolvens, bechica. — *Usus:* in tussi absque febre.

Ammoniacum quamquam sine Gummi arabici adminiculo in lactis formam redigi potest, hoc tamen vel Vitello Ovorum addito minus corruptelae et decompositioni obnoxium est. Satis inter se Codicum formulae discrepant. *α) Sine Gummi Arab.:* Ph. Suec. et Fenn. Ammoniaci Unc. semis, Aquae Menth. pip Unc. octo. Ph. Amer., Genev., Lond., Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Aquae Unc. octo, Ph. Lusit. Gray Unc. sex, Ferrarini Unc. quatuor, Ph. Hisp. et Fuller Ammoniaci Drachm. unam et semis (Disp. Bruns. duas), Aq. Hyssopi Unc. quatuor, Vini albi Unc. duas — Ph. Dubl. Ammoniaci Drachm. unam, Aq. Menth. Pulegii Unc. octo. — *β) Cum Gummi Arab.* Formula Ph. Slesv.-Hols. cum nostra congruit, nisi quod Aquam Hyssopi praecipit. Ph. Hann. Rec. Ammoniaci Unc. semis, Gummi Arab. Drachm. sex, Aq. Pulegii Unc octo. Disp. Lipp.: Ammoniaci Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Hyssopi Unc. quatuor. — Taddei: Ammoniaci Unc. semis, Gummi Arab. qu. libet, Infus. Hyssopi Unc. sex, Syr. Capill. Ven. Unc duas. *γ) Cum Vitello, Syrupo,* cet Saunder: Rec. Aq. Foenic. Unc. sex, Ammoniaci, cum Vitello Ovi triti, Drachm. tres, Syr. Hyssop. Unc. unam. Ebermaier: Rec. Ammoniaci Drachm. tres, Aq. Foeniculi Unc. octo, Syrup. Althaeae Unc. duas. — Disp. Fuld.: Rec. Ammoniaci Unc. semis, Aq. Hyssop. Unc. sex, Spir. Mindereri Unc. unam, Syr. Erysimi Unc duas. — Bories: Millepedum vivent., Aq. Puleg., Mellis despum. āā Unc. semis, tritis, colatis adde Ammoniaci Unc semis, Sacchar. alb. Unc. unam. Pierquin: Rec. Millepedum N° 120, Aq. Pulegii Unc. sex, tere, cola et adde Ammoniaci, Tinct. Benzoës āā Drachm. tres.

LAC AMYGDALARUM vid. Emulsio Amygdalarum (p. 350).

LAC ANODYNUM Pierquin.

Rec. Aq. Amygdalar. dulc. excort. Unc. quatuor, Sem. Melonum, — Cucurbitar. āā Unc. Unc. unam, — Lactucae, — Papaver. albi āā Drachm. unam, fiat emulsio cum Decoct. Hordei s. q., cola.

LAC ARTIFICIALE Pierquin.

Rec. Amygdal dulc. excort. N° duas, fiat Emuls. cum Aq. fervid. Unc. quatuor, adde Lactis vaccini Unc. sex, Sacch. albi Drachm. unam.

LAC ASAE FOETIDAE vid. Emulsio Asae foetidae (p. 352).

LAC ASININUM ARTIFICIALE, s. Decoctum Helicum Pomatiarum compositum.

Rec. Helices Pomatias N° sex, Cornu Cervi raspati, Hordei perlati, Rad. Eryngii āā Drachm. tres, Aq. comm. Libr duas, coque ad dimidium adde Syr. Capill. Vener. Unc. unam.

LAC BENZOES, s. Benzoini Bate.

Rec. Tinct. Benzoës Unc. unam, Aq. Hyssopi vel Scabiosae (vel cujusvis) Libr. unam.

LAC COAGULATUM, Molken, vid. Serum Lactis.

LAC DIURETICUM vid. Emulsio terebinthinata (p. 360).

LAC GUAJACI vid. Emulsio Guajaci (p. 355).

LAC INFANTUM Pierquin.

Rec. Sal Tartari Scrup. unum, Aq. Flor. Tiliae Unc. duas, Aq. Cerasor. nigr., Ol. Amygdal. dulc. āā Unc. unam, Vitellos Ovorum N° tres, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. unam.

LAC MERCURIALE vid. Mercurius praecipitatus albus.

LAC MERCURIALE Plenckii.

Rec. Mercurii Drachm. unam, Gummi Arab.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0520-9
DFG

Unc. semis, Syr. Diacod. q s ut fiat muci lago, post longam triturationem in mortario adde Lactis vaccini bullientis Unc. octo.

LAC PECTORALE Van Mons.

Rec Cetacei Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm duas, Ol. Amygdal. dulc. Unc. unam, Syr. Sacch Unc. duas, Aq. Foeniculi Unc. quatuor, misce l. a.

LAC PLUMBI Van Mons.

Rec. Salis comm. Unc. semis, solve in Aq. comm. Unc. una et semis, adde Aceti Saturni Unc. unam, praecipitatum collectum (Chloretum Plumbi) cum Aqua dest parum lotum misce cum Emuls Amygd. simpl. Libr. una Cosmeticum non bene excogitatum.

LAC ROSARUM Gray.

Rec. Amygd. dulc. N° octo, Ol Amygd., Sapon. Hisp, Cerae āā Unc. semis, Cetacei Drachm. duas. Ol. Lavend. Drachm. semis, Aq. Rosar. (calefaciend.) Libr. tres, misce l. a.

LAC SCAMMONII Bate.

Rec. Scammon. Drachm. sex, distende cum Aq Cinnamomi hordeat. Unc. octo; liquor lactescens a resina separetur et per se detur.

## LAC SULPHURIS. Schwefelmilch. *Lait de Soufre.*

*Synon.:* Sulphur praecipitatum, Magisterium Sulphuris, (falso) Hydratum Sulphuris. Niedergeschlagener Schwefel. *Soufre précipité.*

Rec. Calcariae ustae purae in frustulis integris Libram unam,

in sartaginem e ferro fuso confectam immissae affunde una vice

Aquae calidae Libras sex,

et sartaginem obtectam sepone, donec Calcaria in lac aequabile dilapsa sit. Una vice adjice

Florum Sulphuris Uncias viginti octo, et

Aquae communis Libras viginti quatuor,

et miscelam coque per horam integram, donec Sulphur ex toto solutum fuerit, et liquor colorem e coerulescente viridem induerit. Sartaginem obtectam sepone per e noctem, et crastino die liquorem limpidissimum innatantem siphonis vitrei ope in lagenas vitreas percapaces transfunde, cavens ne sedimentum sublevetur. Huic denuo infunde

Aquae communis Libras triginta

et iterum coque per horam dimidiam. Liquorem denuo limpidefactum siphone transfer in lagenas vitreas. Liquores collectos in cupam ligneam satis capacem effunde et agitaculi lignei ope vehementer in gyrum age; tunc prope marginem instilla

Acidum Salis crudum

cum pari pondere Aquae dilutum, quantum satis, ut Lac Sulphuris fere totum praecipitetur, quod ex liquidi colore adhuc flavescente, nec plane albido, cognoscitur. Portiunculae liquidi exemtae adjecto Acido Salis lactescentiam tantum nec amplius praecipitationem efficiant. Cupam ligneam tum aqua communi affusa totam reple et sedimentum agitatione cum aqua misce. Postquam sedimentum in fundo subsederit, liquorem innatantem inclinatione effunde et aquae communis denuo magnam vim affunde. Quum Lac Sulphuris bene lotum fuerit, affunde acidi Salis tantum, ut liquor probe acescat, quo fit ut Calcariae carbonicae et Ferri sulphurati particulae solvantur. Aquae communis magna vi Acidi Salis vestigia eodem modo, quem mox exposuimus, abluantur. Sedimentum, postquam aqua decanthata fuerit, in sacculo linteo colligatur, eguttatum exprimatur, et in loco tepido siccetur. Servetur in vasis vitreis optime clausis.

*Vis:* laxans, diaphoretica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0521-5 DFG

Sit pulvis albidus, colorem pallide flavum exhibens, in lamina platinea calefactus totus avolet absque residuo, charta exploratoria coerulea a Lacte Sulphuris humectato non rubescat, Aqua et Acidum Salis nil ex eo solvant, Lixivium causticum perfecte solvat.

*Usus:* ad purgandum alvum inprimis haemorrhoidibus affectorum, post veneficia metallica, ad exanthemata chronica, in rhachitide, asthmate, cet.

In parando Lacte Sulphuris cum Calcaria haec potissimum animadvertenda. Calcaria in pultem aequabilissimam aqua multa affusa convertitur, nec, uti plerumque praecipitur, aquae pauxillo adsperso. Lac Calcariae cum Sulphure per horam saltem unam coquatur, quia connubium Sulphuris cum Calcio nisi diutina coctione contrahitur. Si in sedimento crystalli aciculares, aurantiaco-rubellae obveniunt, Sulphuris copia non sufficiens, vel coctio non satis longum producta indicatur, et operatio prave cedit. Magna enim acidi copia requiritur, pro parva producti obtinendi copia. In praecipitatione cavendum ne acidum excedat, sed reactio alcalina adhuc praevaleat. Quod nisi observatur, Lac Sulphuris odorem acquirit hepaticum ab Hydrogenio persulphurato praecipitato, sedimentum tarde a liquido secedit, et colorem facile griseum, sordidum contrahit. Lac Sulphuris his cautelis cautis praeparatum, minime odorem spargit hydrothionicum et pro Sulphure puro valde diviso habendum.

Ph. Lond. 1809, 1815, 1824 (1836 omisit) pro Sulphuris Libra una Calcariae duas praecipiens magnopere peccavit contra legem chemicam de aequivalentibus, rationem inversam secuta; requiruntur scilicet pro Calcariae parte una, Sulphuris partes duae et quadrans una (Soubeiran, Geiger duae et semis). Lac Sulphuris quod cum Calcaria et cum Acido Salis paratur coloris est paullo flavioris, quam quod ex lixivio caustico cum Acido Sulphurico praecipitatur. Alii Codices (Ph. Bor. ed. 5., Hass., Saxon., Slesv.-Hols., cet.) Sulphur in Lixivio caustico kalino coctione dissolvi, et Acido sulphurico diluto praecipitari volunt Majorem operam exigit Lixivii praeparatio praevia. Subsidentia in vasis ferreis cylindricis filtrationi magnopere est anteferenda, pro operae parsimonia et liquoris damno evitando quod ex contactu aëris contrahitur. Praeparatum obtentum iisdem gaudet viribus atque indole. Ex Hepate Sulphuris salino quoque Lac Sulphuris praecipitari potest, idque magno cum commodo, si Calcaria pura non prostat. Cineres clavellati cum pari pondere Florum Sulphuris intime mixti, in sartagine e ferro fuso leni igne usque ad fusionem perfectam calefiant; massa frigefacta aqua fervida dissolvatur, subsidentia et decanthatione (vel siphonis ope) depuretur, et Acido Salis vel sulphurico praecipitetur.

LAC TEREBINTHINATUM vid. Emulsio terebinthinata (p. 360).

LAC TERRAE = Magnesia alba.

LAC VIRGINIS s. originale.

Ph. Brunsv., Wirt.: Rec. Lithargyri subtil. pulv. Unc. sex, coque cum Aceti Vini dest. Libr. una et semis, ad consumtionem tertiae partis Aceti filtra, colaturae adde Alumin. crudi Unc. quatuor, solutas in Aq. comm. Libr. duabus. — Pierquin: Litharg. Unc. unam, Ceruss. Drachm. tres, Camphor. Scrup. duos, solve in Aceti albi Unc. duabus, adde Aq. Solani, — Nymphaeae, — Lactucae āā Unc. tres, filtra.

LACTUCARIUM vid. Extractum Lactucae sativae (p. 405 et 406).

LAPIDES CANCRORUM ACETATI vid. Sal Matris perlarum.

LAPIDES CANCRORUM CITRATI Ph. Dan. 1772.

Rec. Lapid. Cancror praeparat q. s., Succi Citri recens. expressi et depurati q. s. ut non amplius eff rvescant. Leni calore omnia exsiccentur et in pulverem terantur.

LAPIDES CANCRORUM PRAEPARATI
Präparirte Krebsaugen.

Rec. Lapides Cancrorum q. v., in pulverem contunde, et aqua adspersa in lamina marmorea ope pistilli marmorei in pulverem subtilissimum contere. — Elutriationis ope particulae subtilissimae a grossioribus separentur, residuum iterum conteratur et lavetur. — *Vis:* antacida.

Pulvis subtilissimus albus, cum acidis mixtus effervescentiam ciens.

*Usus* idem atque Concharum praeparatarum et Cretae albae praeparatae, propter quas Oculi Cancrorum facile in oblivionem ruunt.

LAPILLI = Lapides s. Lapis.

LAPIS ALEXITERIUS Fuller.

Rec. Succin., Corall. rubr. āā Drachm. semis, Antimonii diaphoret., Rad. Contrajerv., Ocul. Cancror. āā Drachm. unam, Chelar. Cancror. Unc. semis, fiat pulvis cum Gelatina Cornu Cervi in globulos formandus. Addi possunt Ambr. gris. Gran. duodecim.

LAPIS CALAMINARIS DIAPHORETICUS Gray.

Rec. Lapid. Calaminar. Unc. quatuor, Acidi nitrici Unc. unam, solve, filtra, evapora ad siccum.

LAPIS CALAMINARIS PRAEPARATUS.
Präparirter Galmei. *Calaminaire preparée.*

Lapis calaminaris assidua trituratione cum aquae pauxillo et elutriatione cum majori aquae copia in pulverem subtilissimum redigatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0522-0
DFG

**† LAPIS CAUSTICUS.** Aetzſtein. *Pierre a cautères.*

*Synon.:* Lapis causticus Chirurgorum, Kali causticum fusum, Hydras kalicus fusus, Potassa igne fusa, Lapis infernalis alcalinus, Cauterium potentiale. Geſchmolzenes Aetzkali. *Potasse fondue, Hydrate de protoxide de Potassium.*

Rec. Lixivii caustici vegetabilis recens parati quantum vis, evaporet in catino argenteo igne vivido supposito, donec calore obscure rubro-candente olei instar fluat. Tum in modulum ferreum (vel aheneum) canaliculatum, parum calefactum, sevi pauxillo illitum effunde, et bacillos fere refrigeratos in vas bene obturandum ingere. — *Vis:* ex nomine patet.

Sint bacilli albi, valde caustici, in Spiritus Vini rectificatissimi duplo pondere fere ex toto solubiles, soluti cum acidis mixti effervescentiam non cieant.

*Usus:* internus nullus, externus pro caustico validissimo, ad fonticulos excitandos, abscessus aperiendos; sed vim ultra locum excoriandum saepius extendi, plurimum quaeruntur. Quare Causticum commune mitius et Pulvis Viennensis saepe anteferuntur. Confer Alcali vegetabile causticum siccum et Lixivium causticum vegetabile.

LAPIS CAUSTICUS CUM CALCE vid. Causticum commune mitius (p. 161).

LAPIS CONTRAJERVAE Bate sunt globuli quae Calcaream carbonicam plerumque continent, inconcinne mixti.

LAPIS DIVINUS, Lapis divinus St. Ivii s. Ivesii, Lapis ophthalmicus, Cuprum aluminatum, Collyrium de Salibus igne fusis (Gall. 1818), Sulphas Cupri aluminosus camphoratus (Bav.), Vitriolum camphoratum. Augenſtein, Kupferalaun. *Collyre dit Pierre divin.*

Rec. Vitrioli de Cypro, Nitri, Aluminis crudi āā Unc. tres, optime contusa et pulverata liquefiant in vase porcellaneo, liquefactis sensim admisce Camphorae Drachm. unam et semis. Effunde massam in laminam marmoream oleo parum illitam. Servetur in vasis optime clausis, ne Camphora penitus avolet.

Sit massa salina pallide coerulescens, odoris camphorati insignis. — *Usus:* ophthalmicus; dissolvitur Lapidis divini Dr. una in Aq. comm. Libr. duabus, ex quo fit Collyrium ophthalmicum.

Codicum turba formulam exhibitam secuta est, quare discordantiam referre nil attinet.

LAPIS DE GOA Ph. Wirt.

Rec. Corralliorum alborum, rubrorum, Bezoar. Orientalis āā Unc. unam, Margaritarum Orientalium, Lapidis Hyacinthi praeparati, — Topasi, — Sapphiri, — Rubini āā Unc. semis, — Smaragdi, Moschi Orientalis, Ambrae griseae āā Drachm. duas, Foliorum Auri N° quadraginta. Fiat omnium pulvis subtilissimus, qui mucilagine Tragacanthae, vel gelatina Cornu Cervi in pastam redigatur, ex qua formentur globuli ovalis formae, qui post siccationem in umbra, vel concha vel dente lupino, ut eleganter niteant, poliantur.

**† LAPIS INFERNALIS.** Höllenſtein. *Pierre infernale.*

*Synon.:* Argentum nitricum fusum, Nitras argenticus fusus, Causticum lunare. Geſchmolzenes ſalpeterſaures Silber. *Nitrate d'Argent fondu.*

Rec. Argenti nitrici crystallisati (p. 100) quantum vis, immitte in crucibulum argenteum (vel platineum vel porcellaneum) et in lampadem impone Spiritu Vini nutritam. Flammam auge, donec Sal omnino fusum fuerit, quod agitando ope baculi argentei adjuvatur. Quando Sal aquae instar in crucibulo fluat, flammam diminue, ita, ut neque refrigeratione consistet, neque nimio calore decomponatur, sed quiete fluat, quod per aliquot minuta obtine. Tum liquidum effunde in modulum ferreum (vel aheneum) antea leviter calefactum et sevi pauxillo illitum. Baculos ex modulo diremto solutos statim in vas vitreum bene obturandum ingere. — *Vis:* exsiccans, caustica, suppurationem excitans.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0523-6 DFG

Sint baculi coloris albi vel cinerascentis, fractura radiosa, radiis e centro exeuntibus, Aqua fere omnino solubiles, quod Aqua non dissolvitur, Acido nitrico solvatur; solutio addito Spiritu Salis Ammoniaci caustico non coerulescat, quo Cupri adulterium indicatur. Nitrum si inest, residuum ex ignitione forti alcalinum obtinetur.

*Usus:* externus ad absumendas carnosas excrescentias.

Si Argentum nitricum crystallisatum lenissimo igne fusum extemplo in modulum effunditur, Lapis infernalis obtinetur candidissimus, sed nimium fragilis, quam quod vim aliquam in usu ferre queat. Hoc consilio Sal purum per aliquod tempus calefieri praeceptum est, *quo fit, ut aliquantulum decomponatur et color parum griseus* induatur, et simul baculi eam firmitatem adipiscantur, qua opus est, ne facillime in frustula minuta diffrangantur. Est recte sentientis de medicamentorum paratione, non ea candidissima atque purissima semper exhibere, sed qualia a medico atque aegroto desiderantur. In Floribus Benzoës, Kermete minerali, cet. corrigendi studium plus nocuisse, quam profuisse compertum habemus. — Contactus corporum combustibilium e. gr. chartae, lintei, digitorum cautissime evitetur, qui nigrescendi indolem *Lapidi injungit, si apricationi exponitur.*

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

Ph. Brunsv., Wirt.: Rec. Vitrioli albi Unc. quatuor, Sal. Ammoniaci Unc. semis, Ceruss , Boli Armen. āā Unc. unam, Acet. Vini Libr. unam, coquantur in vase figulino ad siccitatem — Ph. Herbip., Hisp.: Croci Martis adstring. Unc. duas, Lithargyri, Boli Armen., Alumin āā Unc quatuor, in ollam fictilem immissis Aceti conc q s. ad digitorum duorum eminentiam, maceratis per 3 dies adde Nitri Unc. octo, Sal Ammon. Unc duas, coque lento igne ad exsiccationem. — Ph. Sard. Croci Mart adstr. Unc. sex, Lithargyr., Alumin. āā Unc quatuor, Aceti fortis Libr. unam et semis, evapora ad siccum et fortiter ure (!) Mixtio satis inepta atque derelicta. — Dictus VULNERARIUS PRO EQUIS: Rec. Alumin, Vitrioli Martis āā Unc. quinque, Aerugin., Sal. Ammon., Vitrioli albi āā Unc unam; liquando misce et inter agitationem exsicca donec massa spissescat, adde Croci Gran. decem, Camphorae Scrup. duos; fiant baculi.

LAPIS MIRACULOSUS, s Vulnerarius externus Ph. Saxon. 1820.

Rec. Alumin Libr. unam, Vitriol. Mart. Unc. sex, Vitriol. de Cypro Unc. tres, Virid. Aeris Unc. unam, Sal. Ammoniac. Unc. semis, mixta in vase figulino liqua, et post refrigerium in pulverem redige.

LAPIS OPHTHALMICUS vid. Lapis divinus.

LAPIS PRUNELLAE, s Nitrum tubulatum, s. Nitras Potassae cum Sulphure fusus Prunellenſtein, Prunellenſalz.

Rec. Nitri crudi Libr. unam et semis, liquatis in crucibulo adde pedetentim Florum Sulphuris Unc. semis; post deflagrationem massam liquidam guttatim in laminam marmoream sive cupream effunde ut fiant rotulae.

Lapis Prunellae a prunis nomen ducit, quia Nitrum inter prunas ardentes liquatur. Ex additione Florum Sulphuris pars aliqua Arcani duplicati exoritur, quare haec Nitri forma plane derelicta est, et Nitrum et Arcanum duplicatum seorsum sumuntur. Pro Sulphuris ratione parum discrepant Codices, quod flocci facere nobis licet

LAPIS VULNERARIUS EXTERNUS, vid. Lapis medicamentosus.

† LAUDANUM, s. Opiatum Opii praeparationes denominantur.

† LAUDANUM ABBATIS ROUSSEAVII, s. Guttae Abbatis ROUSSEAU, Laudanum opiatum ROUSSEAU, Vinum Opiatum fermentatione paratum (Gall. 1818). Abt Rouſſeau's Opiumwein, Rouſſeau's Opiumtropfen. *Laudanum de ROUSSEAU.*

Ph. Gall. 1818: Rec. Mellis albi Libr. unam, Aquae fervidae Libr. quatuor, sepone donec in fermentationem ruant, tum adde Opii Unc. quatuor, antea in Aq comm. Libr. una soluti, sepone iterum per mensem in loco tepido, liquorem cola, et evaporatione consume donec supersint Unc. decem. Iterum cola et adde Spir. Vini rect. Unc. quatuor et semis, serva in vase bene clauso. — VAN MONS: Extr. Opii aquos. Unc unam, Aq. Vitae Hydromell. Unc. octo, misce et post aliquot dies filtra.

† LAUDANUM ANTIHYSTERICUM, vid. Laudanum hystericum.

† LAUDANUM CAESAREUM, s. Nepenthes Disp. Vienn.

Rec. Extr. Opii Unc. tres, — Croci Unc. unam, Margarit oriental. Unc. semis, Unicornu veri, Corall. rubr. āā Drachm. duas, Ol. Caryophyll., — Cinnamom , — Macid., — Citri, — Succini āā Gran. decem, Ambrae gris., Moschi āā Drachm semis, f. Opiatum ad Extracti consistentiam.

† LAUDANUM CINNABARINUM vid. Extractum Opii cinnabarinum (p. 414).

† LAUDANUM COMPOSITUM vid. Laudanum liquidum SYDENHAMI. Dictum POTERII: Rec. Piperis longi, Myrrh., Galang , Castor. āā Unc semis, Croci Drachm. duas, Opii correcti Unc. unam, cum Spiritu Vini fiat Extractum.

† LAUDANUM CYDONIATUM vid. Extr. Opii Cydoniatum.

† LAUDANUM DIURETICUM, s. urinarium MICHAELIS, s. Extractum Opii glycyrrhisatum (Hisp.).

Ph. Hisp., Wirt.: Rec. Succi Liquir. inspiss. Unc. unam et semis, Extr. Opii aquosi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0524-2

DFG

Drachm. duas, Trochiscorum Alkekengi, Terebinth. Venet. āā Unc. semis, Camphor. Drachm. unam, Croci Syrup quatuor, Tragacanth., Mastich āā Drachm. semis, fiat massa. — FERRARINI: Tragacanth, Mastich āā Unc. semis, cet. par.

† LAUDANUM FORDII.

Rec. Opii Unc. unam, Cinnamom., Caryophyll. āā Drachm. unam, Spir. rectif, Aq. comm āā octo

† LAUDANUM HYSTERICUM, s. antihystericum Ph. Wirt.

Rec. Extr. Opii Unc. semis, — Castorei Drachm. unam, Croci Scrup. unum, Ol. Macid., — Menth., — Rutae āā Gutt. sex, fiat massa pilularis.

† LAUDANUM DE LALOUETTE sec. PIERQUIN.

Rec. Extr. Opii acetos. Drachm sex, Vini Hisp Unc. decem, Aq. Vitae Unc. duas.

† LAUDANUM LIQUIDUM CYDONIATUM GRAY.

Rec. Opii Unc. quatuor, Croci Unc. duas, Succ. Cydonior. Libr. duas et semis; Fermenti Cochlear. quatuor, sepone ad fermentationem, exprime, colat. adde Cinnamomi Unc. duas, Caryophyll., Aloës, Santali flav. āā Drachm. unam, digere per dies 14, filtra et evapora ad dimidium

## † LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI. Sydenham's flüſſiges Laudanum. *Laudanum liquide de SYDENHAM.*

*Synon.:* Tinctura Opii crocata (Bor., Slesv.-Hols., Hamb.), Tinctura vinosa Opii SYDENHAMI (Hisp.), Vinum Opii aromaticum (Batav.), Vinum paregoricum, Vinum de Opio compositum (Gall. 1818). Safranhaltige Opiumtinctur, Aromatiſirter Opiumwein. *Vin d'Opium composé* (Gall. 1837.).

Rec. Opii optimi in taleolas dissecti Uncias duas,
Croci Unciam unam,
Cinnamomi,
Caryophyllorum āā Drachmam unam,

mixta in lagenam ingere, atque affunde

Vini Malacensis Libr. unam.

Digere per aliquot dies, donec Opium dilapsum atque solutum fuerit, tunc cola cum expressione ut sit colaturae pondus Libra una. Si quid colaturae deerit, Vinum Malacense residuo insperge, iterumque exprime. Colaturam subsidentia limpidefactam filtra. — *Vis:* anodyna Opii.

Sit liquidum coloris saturate e flavofusci, Odoris Opii praevalentis, Crocum simul prodentis. Quaelibet Tincturae Uncia Opii continet Scrupulos quatuor, vel, quod idem valet, Tincturae Drachma continet Opii Grana decem, i. e. sextam sui ipsius ponderis partem. Pond. spec. 1,04—1,05. Guttae viginti Granorum quindecim pondus habent, et aequum valent atque Granum unum Extr. Opii aquosi.

Hanc formulam, a SYDENHAMO conscriptam, propter summi viri auctoritatem, et usum pervulgatum atque diuturnum intactam recipere, pietatis esse duximus Idem sensisse videntur Scriptores Pharm. Amstel., Batav., Brunsv., Gall. 1818 et 1837, Palat., Parm., Wirt. Opii rationem immutatam recepere, at Croci Drachm. sex loco Unciae unius praescripsere, quod nullius est momenti, Ph. Bor. ed. 3, Hamb., Hann., Hass., Polon., Slesv.-Hols. — Ad hanc formulam violenter mutandam Ph. Bor. ed. 5, primum signum tulit Praecepit enim: Opii Unc. quatuor, Croci Unc. unam et semis, Cinnamom, Caryophyll āā Drachm. duas, Vini Malacensis Unc. triginta et octo. Hujus Laudani Drachma nonnisi Grana sex Opii continet, loco Granorum decem, quorum medici consueverant Opii ergo ratio ad dimidium fere comminuta est. In hac formula concinnanda Ph. Bor. piaculum sibi contraxisse jure quaerimur, ex quo, quid commodi percipi posset, non videmus. Minorem Opii dosim propinaturus Laudani ipsius dosim diminue, at non mixtionis rationem tolle. Veneficii thebaici periculum Laudano quoque dilutiore non evitatur Laudanum SYDENHAMI per totum orbem terrarum inclaruit, et longe lateque usitatum erat. Quivis hodie cum praescriptione magistrali aliunde Borussiam profectus est, Opii, quo consueverat uti, dosim dimidiam, qui vero ex regno Borussico aliorsum migraverit, duplam Opii dosim a pharmacopola accipiet. Magnum incommodum, imo periculum subeundum esse, quis negaverit. Ph. Saxon. 1837 vicinorum auctoritati nimium tribuendo formulam Ph. Bor. non bene recepit, at SYDENHAMI formulam genuinam, magno lapsu typographico gravidam, in adnotatione exposuit. Opii enim Drachmulae duae loco Unciarum. duarum exhibitae sunt. Ph. Dan. Croci Unc. semis, cet. par. — Ph. Hisp. Vini albi Libr: unam et semis, cet. par — Disp. Lipp.: Opii Unc. duas, Croci Unc. unam, Florum Cassiae Drachm. unam (Caryophyll. omissis), Vini Hispan. Libr. unam et semis. — Ph. Ferrar.: Cinnamom. Drachm. duas, Caryophyll. omissis; Spir. Vini rectss. Unc. tres, cet. par.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0525-8
DFG

cum Sydenhamo. — Ph. Sard.: Opii Unc. semis, Croci Drachm. duas, Cinnamom., Caryophyll. āā Drachm. semis, Vini Maderan. Unc. quatuor et semis. — Ph. Belg.: Croci Unc. semis, Cinnamomi, Caryophyllor. āā Drachm. unam, Vini Hispan. Unc. octo, digere, in colatura solve Opii Unc. unam, post horas 24 filtra. Residuo infunde Vini Hisp. Unc. quatuor, iterum digere, cola cum expressione, filtra et liquores misce.

† LAUDANUM LIQUIDUM SIMPLEX vid. Tinctura Opii simplex.

† LAUDANUM LIQUIDUM TARTARISATUM Bate.

Rec. Opii Unc. duas, Croci Unc. unam, Cinnamom., Macidis, Nuc. Moschat., Ligni Aloës āā Drachm. unam, Tinct. Salis Tartari Libr. duas, digere, filtra et exhala ad dimidium.

† LAUDANUM LIQUIDUM Warneri, s. Tinctura Opii ammoniata (Dan.).

Ph. Danic.: Rec. Opii, Sapon. Venet. āā Drachm. sex, Nuc. mosch. Drachm. unam, Camphor. Drachm. duas, Croci Gran. quadraginta, Liquoris Ammonii vinosi Unc. novem. — Van Mons: Rec. Opii Unc. unam et semis, Nuc. mosch. Drachm. duas, Croci Scrup. duos, Liquor. Ammonii vinosi Libr. unam et semis, maceratis adde Sapon. Venet. Unc. unam et semis, Camphor. Unc. unam. Scimus Ammonia et in praecedente Sale Tartari Morphinam praecipitari.

† LAUDANUM NEPENTHES Quercetani.

Ferrarini: Rec. Opii Unc. duas, Aceti Libr. duas, digere, cola, liquores evapora ad extracti consistentiam. Hujus Extracti recipe Unc. duas, Extr. Croci Unc. unam, Lapid. Cancror. praepar. Drachm. duas, Boli albi Drachm. unam, fiat pasta.

† LAUDANUM OPIATUM s. SIMPLEX, vid. Extractum Opii aquosum (p. 413) et Extractum Opii crocatum.

† LAUDANUM SIMPLEX, vid. Extractum Opii aquosum (p. 413).

† LAUDANUM URINARIUM, vid. Laudanum diureticum (p. 502).

LAUDANUM UNIVERSALE, — PARACELSI, — PRETIOSUM similesque Opii mixtiones omnino obsoletas silentio praetereamus.

LAVACRUM ANTIARTHRITICUM, s. Balneum antiarthriticum Bernhardi.

Rec. Acidi nitrici, — muriat. āā Unc. semis, Aq. dest. Unc. sedecim.

LAVACRUM ANTIHERPETICUM Sundelin.

Rec. Calcariae muriat. Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. octo.

LAVACRUM ANTIPSORICUM Sundelin.

Rec. Hepat. Sulphur. salin. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. duas, soluto adde Spir. Vitrioli Unc. unam.

LAVACRUM ad ASPREDINES Sundelin.

Rec. Ciner. clavell. depur. Drachm. tres, Sal. commun. Drachm. duas, Aq. Rosar. Unc. octo, Aq. Naphae Unc. duas.

LAVACRUM COSMETICUM Herrmann

Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, f. emuls. c. Aq. commun. Unc. octo, adde Sal. Ammon. Drachm. unam, Tinct. Benzoës Drachm. duas, Aq. Naphae Unc. duas.

LAVACRUM s. LAVAMENTUM HYDROPICUM Fuller.

Rec. Spir. Vini rect. Unc. octo, Spir. Lavend. Unc. unam, Spir. Cochlear. Unc. semis, Opii Drachm. duas, m.

LAVACRUM CONTRA TINEAM Barlow

Rec. Hepat. Sulphur. salini Drachm. tres, Sapon. Hisp. Drachm. unam, Aq. Calcar. ust. Unc. octo, Spir. Vini rect. Drachm. duas.

Leayson's ODOROUS POWDER vid. Collyrium siccum ammoniacale (p. 292).

## LICHEN ISLANDICUS LOTUS, s. ab amaritie privatus. Gewaſchenes Isländiſch-Moos. *Lichen d'Islande lavé.*

Secundum Cl. Berzelii methodum.

Rec. Lichenis Islandici grossiuscule concisi Uncias sedecim, infunde Aquae communis frigidae Uncias duodeviginti in quibus antea Cinerum clavellat. depur. Unc. una soluta fuerit. Miscela interdum exagitata stet per horas 24. Liquorem effunde, et Aquam communem iterum affunde, quamdiu haec saporem amarum atque alkalinum acquirat. Lichenem nunc comprimi vel violenter agitari evitandum est, quia Faeculae particulae laxe tandum adhaerent. Lichen eguttatus late dispersus aëris tractu iterum siccescat in loco tepido ventis pervio. Methodus Robineti: Rec. Lichenis Islandici quantum vis, in canistrum salicinum immissum sub aquam frigidam immerge, idque sexta quaque hora per tres dies repete. Licheni islandici in canistra ligneo immisso aquam ope gutturnii hortulanorum inspergi licebit, et experientia edocti scimus, idem, quod submersione, in Lichene effici. Coldefy-Dorly aquam calidam graduum 50 R. aliquoties Licheni inspergi proponit.

LIMATURA CHALYBIS s. FERRI, vid. sequentia.

## LIMATURA MARTIS ALCOHOLISATA. Präparirte Eiſenfeile. *Limaille de Fer porphyrisée.*

*Synon.:* Ferrum pulveratum, Limatura Ferri praeparata, Limatura Chalybis depurata, Pulvis Ferri alcoholisatus, Cha-

lybs praeparata. Gepulvertes Eiſen, Eiſenpulver, alcoholiſirte Eiſenfeile.

Rec. Limaturae Ferri fabrilis, a rubigine et quisquiliis liberae, quantum vis; portiunculam contere in mortario ferreo ope pistilli ferrei, et pollen subtilissimum inde exortum per linteum arctioris texturae motu oscillatorio in vase vitreo cylindrico trajice. Residuum simili modo tracta. — *Vis:* tonica, resolvens, anthelminthica, humorum circulationem promovens.

Sit pulvis subtilissimus, metallice nitens, coloris Ferri limati, at non tam splendidi sed sordidioris. Rubiginem non monstret, ceterum Ferri qualitates chemicas exhibeat.

*Usus:* in debilitate universali, dyspepsia, hysteria, chlorosi, vermibus, haemorrhagiis spontaneis.

Codicum discordantia fere nulla. Ph. Gall. 1837 Limaturum jam bene in mortario tritam denique in porphyrite (vel marmore) ope lapidis ejusdem duritiei siccam conteri in pollen subtilissimum, quod nitoris metallici nisi pauxillum prae se ferat. Oxydum Ferri quoque in tubo ferreo sclopeti (Flintenlauf) ope Gas Hydrogenii Oxygenio privari, quod reduci nominant, consultum est; at haec operatio usui communi non quadrat, a difficultate eam ubique similiter exercendi, et a cupiditate, cum qua Ferrum tali modo reductum connubium iterum cum oxygenio quaerit. Materia pyrophora obtinetur saepius, aëris solo contactu ignem et oxygenium corripiens.

LIMATURA STANNI vid. Stannum raspatum.

**LIMONATA**, Potio limonata. Limonade. *Limonade*, proprie potio dicitur ope succi Citri i. e. Limonum acidulata. Succus Citri vel recens expressus adhibetur, vel Acidum Citricum crystallisatum. Quae Potio, nisi materiis quibusdam medicatur, rectius a conditore, quam pharmacopoeo paratur. Improprie quoque potiones acidulae Limonatae dicuntur, quae succum Citri ipsum non continent, sed Acido tartarico, sulphurico, muriatico, nitrico, cet. acorem suum debent.

LIMONATA CUM ACIDO CITRICO s. artefacta. Citronenſäure-Limonade. *Limonade d'Acide citrique*, *Limonade artificielle.*

Rec. Acid. citrici cryst. Drachm. unam, Sacch. albi Unc. duas, Aq. comm. Unc. duas et semis, Spir. Citri Drachm unam. Richard: Acid. citrici cryst. Drachm. semis, Sacch. alb. Unc. duas, Elaeosacch. Citri Scrup. unum, Aq. comm Libr. duas. — SICCA: Acid citrici Drachm. unam, Sacch. albi Unc quatuor, Ol. de Cedro Gutt. octo. Cochlearculum unum sufficit pro vasculo Aquae.

LIMONATA CUM ACIDO MURIATICO, NITRICO, PHOSPHORICO vid. Limonata muriatica, nitrica, phosphorica; — CUM ACIDO SULPHURICO vid. Limonata mineralis.

LIMONATA ALCOHOLICA Ratier.

Rec. Spir. Vini rect. Unc. unam et semis, Mell. albi Unc. unam, Syrup. tartarici, Aq. comm. Libr. duas.

LIMONATA COMMUNIS. Gewöhnliche Limonade. *Limonade ordinaire.*

Rec. Sacch. albi Unc. quinque, Aq. comm. Libr. tres, Succum expressum ex Fructibus Citri tribus, Frustulum Sacchari albi cum Cortice Citri tritum.

LIMONATA EMETICA.

Rec Tartari emetici Gran. duo, Sacch. albi Drachm. semis, Limonatae communis Libr. duas.

LIMONATA HAEMOSTATICA vid. Limonata mineralis.

LIMONATA HORDEI Vogt.

Rec. Sem. Hordei perlat Unc. unam, Passular. major. Unc. semis, coque cum Aq. comm. Libr. tribus ad remanent. Libr. duarum, colat. adde Succi Citri rec. q. s. ad gratum saporem conciliandum, Sacch. albi Unc. duas.

LIMONATA LACTICA seu cum acido lactico. Milchſäure-Limonade. *Limonade lactique.*

Rec. Acidi lactici syrupiformis Drachm. unam et quatuor, Aq. comm. Libr. duas et semis, Syr. Sacch. Unc. duas.

LIMONATA LAXANS.

Pierquin: Rec. Cremor. Tartari Unc. unam, Boracis Drachm. tres, Sacchari pulv. Unc. duas. Berends: Sal. Glaub. Unc. unam et semis, Aq. comm. Unc. sedecim, Succ. Citri Unc. semis, Sacch. albi Unc. tres.

LIMONATA MINERALIS, s. sulphurica, s. Acidi sulphurici, s. haemostatica, s. Aqua Acidi sulphurici diluta, Julapium vitriolatum, cet. Mineraliſche Limonade.

Rec. Spiritus Vitrioli Drachm. duas, Syrup. Sacch. Unc. tres, Aq. comm. Libr. duas. Richard: Ol. Vitrioli Drachm. semis, Syr. Berber. Unc. duas, Aq. comm. Libr. quatuor.

LIMONATA MURIATICA. Salzſäure-Limonade.

Soubeiran: Rec. Syr. Sacch. Unc. duas, Aq. comm. Libr. duas et semis, Acid. muriatici q. s. (e. gr. Drachm. semis).



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0527-9

LIMONATA NITRICA, s. cum acido nitrico. Salpeterſäure-Limonade.

Soubeiran: Rec. Acidi nitrici Drachm. unam, Aq. comm. Libr. duas, Syr. Sacch. Unc. quatuor.

LIMONATA PHOSPHORICA Ratier.

Rec. Aq. comm. Libr. duas, Acid. phosphoric q. s. ad gratum saporem, Syr. Sacch. Unc. duas.

LIMONATA PURGANS vid. Lim. laxans.

LIMONATA REFRIGERANS s. VEGETABILIS vid. Limonata communis.

LIMONATA STIBIATA vid. Lim. emetica.

LIMONATA SULPHURICA vid. Lim. mineralis.

LIMONATA TARTARICA, s. Acidi tartarici. Weinſteinſäure-Limonade. *Limonade tartrique.*

Rec. Acid. Tartar. cryst. Drachm. semis (vel unam), Sacch. albi Unc. duas, Elaeosacch. Citri Scrup. unum, Aq. comm. Libr. duas; brevior formula praecipit Syrupi tartarici Unc. unam, Aquae comm. Unc. sedecim confer Pulvis pro Limonata ex acido tartarico.

LIMONATA VINOSA. Wein-Limonade.

Ratier: Rec. Vini albi, Aq. comm. āā Libr. unam, Spir. Vini rect., Syr. tartarici āā Unc. unam.

**LINCTUS, Ecclegma, Looch.** Leckſaft. *Lécher, Succer,* a lingere dicitur, quia non cochleatim sumitur, sed paullatim lingitur. Tria haec nomina, quorum prius ex latina, alterum ex Graeca, tertium ex arabica lingua derivatur, idem significant, medicamentum scilicet pectorale, consistentiae lentioris inter Syrupos atque Electuaria. A baculo Radicis Liquiritiae immerso quondam ablingi solebat, nunc saepius e cochlearculo semirepleto lambitur, eo quidem consilio, ut medicamenti vis bechica, sedans, humectans longius in faucibus adesset. Linctus ex tempore semper parantur ad medici vel pharmacopoearum praescriptionem.

LINCTUS ACIDI MURIATICI Gray.

Rec. Mell. rosat. Drachm. decem, Syr. Papav. Rhoead Drachm. duas, Acidi muriat Gutt. viginti.

LINCTUS ACIDUS. Saurer Leckſaft. Disp. Fuld. Rec. Sacch. clarificati Unc. quatuor, Spirit. Vitrioli q. s. (Ph. paup. Hamb. Drachm. tres) ad aciditatem fortiorem. Vid. quoque Mucilago Seminum Cydoniorum acidulata.

LINCTUS ACIDUS ET ADSTRINGENS Vogt.

Rec. Extr. Ratanh. exotic. in pulverem triti Drachm. unam, Tinctur. Rosar. acidul. Unc. semis, Liq. anodyn min. Hoffm. Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. unam, Syr. Berber. Unc. unam et semis.

LINCTUS ALBUS vid. Looch album.

LINCTUS CUM AMMONIO Marcus.

Rec. Ol. Amygdal., Pulv. Gummi Arab. āā Unc. semis, Aq. commun. Unc. quatuor, Sal. Cornu Cervi Scrup. unum, Elixir paregoric. Gutt. viginti, Syr. balsam. Drachm. sex.

LINCTUS AMYGDALINUS vid. Looch album.

LINCTUS ANTIMONIATUS Ph. paup. Hamb.

Rec. Mell. Liquirit. Unc. duas, Oxymell. scillit. Unc. unam, Vini antimon Huxhami Drachm. duas.

LINCTUS ANTISPASMODICUS Vogt.

Rec. Moschi Gran. tria ad quatuor, Aq. Foenic. Drachm. sex, Liq. Cornu Cerv. succin. Scrup. unum, Syr. Papav. Rhoead. Unc. unam.

LINCTUS ANTISYPHILITICUS.

Rec. Salis Alembroth Drachm. semis, Opii Gran. quatuor, Sacch. albi Scrup. quatuor, Mell. albi Unc. quatuor.

LINCTUS APERIENS. Eröffnender Leckſaft.

Vogt: Rec. Tartari tartarisati Gran. decem, Aq. Foenic. Unc. unam, Syr. Rhei Unc. semis. Kaempf: Tartari tartarisati Gran. sex ad octo, Syr. mannat. Unc. semis, Ol Amygd. Unc. unam; vel: Ol. Amygd. Unc. semis, Mell. q. s. ad subactionem, Syr. mannat. Unc. semis. Berends: Sal Seignette Scrup. semis, Sacch. Lactis Drachm. duas, Syr. Sacch., Aq. Foenicul. āā Unc. unam.

LINCTUS AD APHONIAM Leckſaft bei Stimmloſigkeit.

Rennie: Rec. Nitri Scrup. duos, Roob Sambuci Unc. unam.

LINCTUS AD APHTHAS vid. Linctus de Borace.

LINCTUS AD ASTHMA Werlhoff.

Rec. Spir. Salis dulcis Drachm. unam, Syr. Papav. Rhoead. Unc. unam.

LINCTUS DE BORACE, s. ad aphthas, s. Linctus Boratis natrici (Suec.). Boraxleckſaft.

Ph. Suec., Dan. milit. Rec. Boracis Drachm. unam et semis, Aq. comm. calidae Unc. unam, Mellis Unc. unam Swediaur: Boracis Drachm. unam ad duas, Mucilag. Sem. Cydonior., Syr. Moror. āā Unc unam Augustin: Boracis Drachm. unam, Syr. Moror. Unc. unam ad tres (Cf Collutorium de Borace [p. 187] et Mel Boracis.)

LINCTUS CAMPHORATUS, s. Looch camphoratum. Kampherleckſaft.

Niemann: Rec. Camphor. Scrup semis, Gummi Arab Drachm unam, Syr. Althaeae Unc. duas. — Saunder: Camphor. Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab. Unc. tres, Syr. Alth. Unc. unam et semis.

LINCTUS CETACEI s. leniens, s. demulcens. Wallrathleckſaft.

Bories: Rec. Spermat. Ceti, Gummi Arab. āā Drachm. duas, Aq. Rosar. Unc. quatuor,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0528-5

Sacch. alb. Drachm. sex. — Gray: Spermat Ceti, Pulv. Gummi Tragacanth. aa Unc semis, Syr. Papav. Rhoead. q. s. ut fiat linctus. — Augustin: Spermat. Ceti Drachm. duas, Conserv. Rosar. Unc. semis, Ol. Amygd., Syr. Violar Unc. unam et semis. (Cetaceo in mortario liquefacto liquida bene calida admisceantur, et ad refrigerium usque terantur.)

LINCTUS COMMUNIS Marcus.
Rec. Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, Syr. Alth. Unc. unam. Plerumque Looch album, quod vide, hoc nomine intelligitur.

LINCTUS COMPOSITUS, s. Looch compositum Ratier.
Rec. Looch albi Unc. quatuor, Extr. Opii Gran. unum, — Chinae Gran. quatuor, Camphor. Gran sex.

LINCTUS DEMULCENS. Beſänftigender Leckſaft.
Disp. Fuld. Rec. Mucilag. Gummi Arab. Unc unam, Ol Amygd. dulc. Drachm. sex, Vitellum Ovi, Syr. emulsiv. Unc. nuam. — Ph. paup. Hamb.: Ol. Amygd. dulc. cum Vitello Ovi subacti, Succi Citri rec. aa Unc. unam et semis, Syr. Alth. Unc. unam. — Vogleri Weilburg.: Aq Sambuc. Unc. quatuor, Pulv. Rad. Ipecacuanh. Gran. unum, Nitri Drachm. unam, Spec Diatragacanth. Drachm. semis, Spir. Vitrioli Gutt. quindecim, Ol. Olivar. Unc. semis ad unam. — Marcus: Opii Gran. duo, Mucilag. Gummi Arab Unc. unam, Syr. Opiat. Unc. semis; vel: Sacch. Saturni Gran. unum, Extr. Myrrh aquos. Scrup duos, Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Syr. Opiat. Unc. unam. — Berends: Lycopodii Drachm. unam ad tres, Syr. Alth. Drachm. unam et semis. (Cf. Linctus oleosus.)

LINCTUS AD DIARRHOEAM CHRONICAM INFANTUM Vogt.
Rec. Tinct. Rhei aq. Drachm. unam et semis, Liq. Salis Cornu Cervi Scrup. duos, Aq. Cinnamom. Unc. unam et semis, Syr. Opiat. Drachm. sex.

LINCTUS DIURETICUS Wendt.
Rec. Aq. Petroselin., Syr Rhei aa Unc. unam, Spir. Sal. dulcis Drachm. semis.

LINCTUS EMETICUS Pharm. paup. Hufeland. Brechleckſaft.
Rec. Tartar. emet. Gran. unum, Aq. comm. Unc. unam, Oxymell. Scillit., Syr. Sacch. aa Unc. semis, Pulv. Ipecacuanh. Scrup. unum. — Wendt: Pulv. Ipecacuanh. Gran. duodeviginti, Syr. Alth. Unc. duas.

LINCTUS EMOLLIENS vid. Linctus oleosus.

LINCTUS EXPECTORANS s. pectoralis, Looch pectorale. Auswurfbefördernder Leckſaft.
Disp. Fuld.: Rec. Extr. Marrub. albi Drachm duas, Sulphur. aurat Antimon. Gran. triginta, Oxymell. Scillit. Unc. unam, Syr. Alth. Unc. duas. — Ph. paup. Hamb.: Extr. Senegae Drachm. duas, Sulph. aurat. Antimon. Scrup. unum, Syr. Althaeae Unc. duas, Oxymell. Scillit. Unc. unam. — Ph. Dan. mil.: Sulphur. aurat. Antim. Gran. quatuor, Mucilag. Gummi Arab, Mell. crudi aa Unc. unam. — Sainte-Marie: Mell. despum. Unc. sex, Syrup. Senegae, — scillit. aa Unc. unam, Flor. Benzoës, — Sulphuris aa Scrup. unum, Rad. Ipecacuanh. Gran. sex — Schmidt: Gummi Ammon. Drachm. unam, Sulph. aurat. Antimon. Gran. sex, Syr. Althaeae Unc. tres.

LINCTUS FEBRIFUGUS, s. Marmelada febrifuga.
Rec. Pulv. Flor. Chamom. Roman., Arcani duplicati aa Unc unam, Syr. Absinth. q. s.

LINCTUS GELATINOSUS vid. Gelatina Cornu Cervi (p. 450).

LINCTUS AD GINGIVAS Ph. Dan. mil.
Rec. Tinct. Myrrh. Unc. unam, Mell. Crudi Unc. quatuor.

LINCTUS IN GONORRHOEA CHRONICA Schmidt.
Rec Bals. Copaiv., Spirit. Nitri dulcis aa Drachm. unam et semis, Syr. Seneg., — Alth. aa Unc. unam.

LINCTUS de Haen.
Sainte-Marie: Rec. Pulp. Cassiae, Ol. Lini recentis aa Unc. duas.

LINCTUS HOMOEOPATHICUS Preu.
Rec. Extr. Dulcamar. Unc semis, Aq. laxativ. Unc. quatuor, Syr. simpl. Unc. semis.

LINCTUS AD HYDROPEM INFANTUM Vogt.
Rec. Cremor. Tartari Scrup. duos, Vini antimon, Aceti scillit. aa Drachm. semis, Aq. Petroselin. Unc. unam et semis, Syr. Senegae Drachm. sex.

LINCTUS PRO INFANTIBUS Ribke.
Rec. Tinct Rhei aquos, Sacch. albi aa Drachm. sex, Aq Foenic. Unc. unam.

LINCTUS LAXANS.
Burdach: Rec. Resin. Jalapp Gran. octo, Syr. Amygd. Drachm. sex, Aq. Cinnamom. Unc. unam — Kaempf: Tartari tartarisat. Gran. sex ad octo, Syr. mannat. Unc. semis., Ol. Amygd. Unc. unam.

LINCTUS LAXANS Tronchini.
Rec. Pulp. Cassiae, Mannae aa Unc. unam, Ol. Amygd. dulc., Syr. Violar. aa Unc. semis, Aq. Naph. Drachm. duas.

LINCTUS LENIENS. Beſänftigender Leckſaft.
Ratier: Rec. Laudan. liquid. Sydenh. Gutt. quindecim ad triginta, Aq. Naph. Drachm. duas, Looch simpl. Unc. quinque. — Swediaur: Mucilag. Gummi Arab. Drachm. duas, Aq. Cerasor. Unc. semis, Ol. Amygd., Syr. emulsiv. aa Unc. unam (Cf. Looch simplex.)

LINCTUS MANNATUS. Mannaleckſaft.
Vogler. Weilburg.: Rec. Syrup. mannat. (Disp. Fuld.) Unc. semis, Sal. Seignette Gran. sex ad octo, Ol. Amygdal. dulc. Drachm. unam. (Cf. Looch e Manna.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0529-3
DFG

LINCTUS MESEMBRYANTHEMI CRYSTALLINI Wendt.
Sec. Augustin: Rec. Succi Hb. Mesembryanth. cryst. expressi et despumati, Syr. Visci querni āā Unc. unam. (In tussi convulsiva infantum.)

Rec. Spir. Salis Ammoniaci caustici quantum vis, immitte in lagenam vitream orificii angustioris et torrentem gas hydrothionici ex Ferro sulphurato et Acido muriatico crudo diluto in apparatu idoneo evolutum, transmitte. Apparatus Woulfianus non sine commodo adhibetur, si suppellex atque otium tibi est; aëre atmosphaerico enim melius accessus praecluditur et flavescentiae praecavetur. Gas transmittatur, donec a liquore absorberi recusabitur.

Liquor odoris foetidissimi, primum decolor, *temporis lapsu, vel rectius* Oxygenii aditu, flavescens, in lagenis prave munitis valde flavescens imo Sulphuris frustula in superficie generans. In lagenis parvis, ex toto fere replendis suscipiatur, quae inverse in vas amplum figulinum immittantur. Interstitia aqua circumfusa repleantur.

*Usus:* internus medicus, sed chemicus pleruinque pro virtute sua reagente in metalla. Lagenula semel in usum vocata in aqua cum epistomio submersa sit in promptu. Constat ex solutione Ammonii *hydrothionici*, flavefactus quoque ex Hyposulphite Ammonii. Acidis additis liquor gas hydrothionicum cum effervescentia large evolvat, Lac Sulphuris non demittat, sed limpidus maneat vel lactescat tantum leviter. Sal amarum non ab eo praecipitatur, si acido hydrothionico saturatum fuerit. (Cf. Liquor fumans Boylei.

**LIQUOR AMMONII OXALICI.** Kleeſaure Ammoniakflüſſigkeit. *Oxalate d'Ammoniaque.*

Rec. Acidi oxalici cryst. q. s. solve in Aq. dest., adde Sal. Alcali volat. sicc. q. s. ad neutralisationem, quae chartis tinctis exploratur. Cum Spir. Salis Ammon. caustico Acidum hebetari quoque licet. Diluatur ex arbitrio. Usus chemicus pro virtute reagente in Calcariam et salia calcarea.

**LIQUOR AMMONII PURI** vid. Spir. Sal. Ammon. caust.

**LIQUOR AMMONII PYROOLEOSUS** vid. Spiritus Cornu Cervi rectificatus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0539-9

LIQUOR AMMONII SUCCINICICI vid. Liquor Cornu Cervi succinatus.

LIQUOR AMMONII SUCCINICI AETHEREUS vid. Liquor antarthriticus ELLERI.

LIQUOR AMMONII SULPHURATI vid. Liquor Ammonii hydrothionici et Liquor fumans BOYLEI.

LIQUOR AMMONII TARTARICI, Liquor Tartratis Ammonici (Suec), Liquor Cornu Cervi tartarisatus, Tartras Ammoniacae pyro-oleoso-aquosus FENN. Weinſteinſaure Ammoniaklöſung. *Tartrate d'Ammoniaque liquide.*

Ph. Fenn., Suec.: Rec. Spirit. Cornu Cervi (ejusd. Pharm.) Libr. semis, Sal essential. Tartari q. s. ad saturationem, conquassando misce cum Ol. Succini crudi Drachm. una, post horas 24 cola. Ph. Bor. ed. 3, Acidum tartaricum Spiritu Cornu Cervi saturari proposuit; alii vero Liquorem Ammonii carbonici cum Sale essentiali Tartari. In locum Liquoris Cornu Cervi succinati substitui tentatum est.

LIQUOR AMMONII VINOSUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci vinosus

LIQUOR ANODYNUS ANIMALIS est Naphtha Vitrioli ope Acidi phosphorici methodo satis operosa atque sumtuosa parata.

LIQUOR ANODYNUS MARTIATUS s. martialis vid. Tinctura nervino-tonica BESTUSCHEFFII.

*LIQUOR ANODYNUS MINERALIS AQUOSUS*, Aether Vitrioli aquosus, Naphtha Vitrioli diluta Wäſſeriger ſchmerzſtillender Liquor.

Disp. Lipp. Rec. Naphth Vitrioli Unc. unam, Aq commun. Unc. sedecim, misce.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS FUCHSII.

Rec. Magnesiae Vitriarior Unc. sedecim, Ol. Vitrioli Libr. unam, Spir. Vini rectss. Unc. viginti, fiat destillatio l. a.

## LIQUOR ANODYNUS MINERALIS HOFFMANNI. Hoffmann'ſche Tropfen. *Liqueur anodine d'Hoffmann.*

***Synon.:*** Spiritus sulphurico-aethereus (Bor., Hamb., Hann., Hass., Saxon., Slesv.-Hols., cet.), Aether sulphuricus alcoholicus (Bat., Belg., Bav., Gall.). Spiritus Aetheris sulphurici (Austr., Lond.), Spiritus aethereus vitriolatus, Aether spirituosus, Spiritus Vitrioli dulcis, Liquor aethereus sulphuricus, Acidum sulphuricum alcoholisatum, Acidum vitriolicum vinosum. Hoffmanns ſchmerzſtillender, mineraliſcher Liquor, Schwefelätherweingeiſt. ***Ether sulfurique alcoolisé, Liqueur d'Hoffmann.***

Rec. Naphthae Vitrioli Unciam unam,
Spiritus Vini rectificatissimi Uncias tres,
misce.

*Vis:* nervina, analeptica, antispastica.

Sit liquor limpidus, coloris plane expers, agilissimus, chartas exploratorias non tingens, ex toto volatilis, odoris aetherei penetrantis sed puri; neque Acidum sulphurosum, neque Oleum Vini redoleat; saporis fortis aetherei. Pond. spec. 0,809 — 0,810.

*Usus:* in affectionibus nervosis, spasticis, hystericis, anxietate. Frustulo Sacchari imbutus saepius sumitur, tum vero mixturis admiscetur. Menstruum est in Tincturis et Extractis quibusdam parandis.

Eandem miscendorum rationem secutae sunt Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Hann., Saxon., Slesv.-Hols., et tres ulteriores miscelam per aliquot tempus sepositam iterum destillare jubent. Paria pondera Naphthae atque Spir. Vini rectss Ph. Gall. 1837 misceri jubet. — Ph. Edinb., Fenn., Lond. 1809, Saxon. 1820, Suec. Naphthae partem unam, Spir. Vini rectss partes duas miscent, Ph. Genev. Naphth. part. unam, Spir. Vini rectss. part. quatuor; Ph. Hisp. Naphthae part. quatuor et Spir Vini rectss. part. unam (an lapsu calami?) Ph. Dan. Naphthae part. unam, Spir. Vini rectss. part. sex, Disp. Fuld. duodecim.

FRIEDERICUS HOFFMANNUS chemicus quondam non immeritus, qui in paranda Naphtha multam operam navavit, primum Spir. Vini rectss. partes sex, et Olei Vitrioli partem unam, mixta antea, destillationi subjecit, ex quibus miscelam Naphthae atque Spiritus elici satis constat. Hic liquor ergo postea anodynus HOFFMANNI audivit, et ex miscelis Olei Vitrioli atque Spiritus Vini rectss., inter sese satis diversis, per longum tempus destillari solebat. Olei Vitrioli et Spir. Vini rectss. paria pond. Ph. Lond. 1788 praecepit; Ph. Gall. 1818 Ol Vitrioli partem unam et Spiritus part. duas; Ph. Austr., Amst., Bavar., Spiritus part. tres, Disp. Brunsv., Hass., Lipp., Oldenb. Ross Spiritus part. quatuor, Ph. Palat., Sard., Wirt. Spir. part. sex. Has praeparandi methodos propter incertitudinem, in qua de ponderum ratione semper versamur, paene derelictas esse jure gaudemus. Ponderis specifici definitio, quae in corporibus non mixtis summum bonitatis atque genuitatis argumentum affert, nullius est momenti in Liquore anodyno.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0540-0
DFG

LIQUOR ANODYNUS SUCCINATUS SWEDIAUR.
Rec. Ol. Succini rect. Unc. duodeviginti, Ol. Vitrioli Libr. semis, destillat. Libr. una

LIQUOR ANODYNUS TOPICUS TRILLERI.
Rec. Aq. Anhaltin. Unc. duas, Spir. Sal. Ammon. caust., Tinct. Croci, Castorei āā Drachm. duas, Ol. Nucist. Gutt. triginta; vel: Aq Anhalt. Unc. quinque, Tinct. Succini. — Castor. āā Drachm tres, — anodyn. Drachm. duas, Spir. Lumbricor. — Formicar. āā Drach. unam.

LIQUOR ANODYNUS VEGETABILIS, s. Spiritus acetico aethereus, Aether aceticus alcoholisatus, Acetum dulcificatum. Eſſigäther.-Weingeiſt.
Ph. Bor. ed. 5. Rec. Naphth. Aceti Unc unam, Spir Vini Gallici vel rectss Unc. tres, misce. Ph. Saxon. 1837 miscelam iterum destillare vult. Ph. Hann. ex miscelae Unc. sedecim destillatione quindecim elici praecipit. Ph. Ross. ex liquoribus in paranda Naphtha Aceti primum prodeuntibus parari vult. VAN MONS: Spir. Vini rectss. Unc. duodeviginti, Terrae foliatae Tartari crystall Unc. octo, Ol. Vitrioli Unc. septem et semis, destillent, donec phlegma prodire incipiet (Sit pond. spec. 0,850 — 0,860 *Vis:* analeptica, nervina, diuretica. *Usus:* in atonia nervosa, spasmis.

LIQUOR ANTARTHRITICUS ELLERI, Guttae ad arthrodyniam, Liquor Ammonii succinici aethereus. Eller's Gichttropfen.
Rec. Liquor Cornu Cervi succinat., Liq. anodyn miner. HOFFM. āā partes aequales misce. Ph. Hann., Slesv.-Hols.
*Vis:* nervina, antispasmodica. *Usus:* in rheumatismo et arthritide.

LIQUOR ANTARTHRITICUS POTTII. vid. Linimentum muriatico-terebinthinatum (p. 512).

LIQUOR ANTARTHRITICUS ST. MARIE.
Rec. Liquor Cornu Cervi Succinat., Naphth. Vitrioli, Laudani liquid Sydenh.. Tinct Ipecacuanh. āā part. aequales.

LIQUOR ANTIMIASMATICUS KOECHLINI. vid. Aqua antimiasmatica KOECHLINI. (p. 44).

LIQUOR ANTIMIASMATICUS LABARRAQUE. vid. Liquor LABARRAQUE.

## LIQUOR ANTIMONII TARTARISATI vide Vinum antimoniatum.

LIQUOR ANTINEPHRITICUS Ph. Ferrar.
Rec. Capit. Papav. Unc. sex, Aq. comm. Libr. tres, decoque ad colatur. Unc. octo, adde Nitri Unc. unam.

LIQUOR ANTIODONTALGICUS SWEDIAUR.
Rec. Mastiches q. s., Ol. Terebinth. q. s., solve.

LIQUOR ANTIPARALYTICUS BOERHAVE.
Rec. Spir. Lavend. Unc tres, Sal. Ammon. Drachm. duas, Tinct. Castorei Unc. semis, Aq. Lavendul. Unc. sex, m.

LIQUOR ANTIPHLOGISTICUS PIDERIT.
Rec. Vitrioli Martis Libr. semis, Sal. Tartari Drachm. sex, Sacch. albi Libr. unam, Aceti Libr. duas, digestis per 24 horas adde Spir. Vini rect., Succ. Acetosell. āā Libr unam, destillent.

LIQUOR ANTIPODAGRICUS HOFFMANNI, s. Tinctura Sulphuris volatilis.
Rec Liquoris fumant. BOYLEI Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. tres.

LIQUOR ANTISCROPHULOSUS vid. Liquor Terrae ponderosae salitae.

LIQUOR ANTISCROPHULOSUS NIEMANNI.
Rec. Calcis salitae Drachm. unam, Tinct. Calami aromat. Unc. unam, solve.

LIQUOR ANTISPASMODICUS s. antispasticus.
PIERQUIN: Rec. Liquor anodyn. min. HOFFM. Unc. duas, Acidi boruss. Gutt. quindecim, Syr. Althaeae Unc. tres. SAUNDER: Liquor Cornu Cervi succin. Drachm. unam, Liq. Terrae foliat Tart. Drachm. tres. Dictus GRIMANDI: Liq. Cornu Cervi succin., Naphth. Vitrioli āā Unc. unam.

LIQUOR ANTISYPHILITICUS, s. syphiliticus Disp Brunsv.
Rec. Mercur. sublim. corros., Aq. Foeniculi, Spir Vini Gall. āā Libr. unam, Julapii rosat. Unc. duas.

LIQUOR ANTISYPHILITICUS CHAUSSIER.
Rec. Mercurii cyanati Gran. unum, Aq. dest. Unc. unam.

LIQUOR ANTIVENEREUS ROUENI.
Rec Decoct. Sassaparill. Unc triginta duas, Nitri Drachm. tres, Spir. Sal. dulc. Unc. semis, Spir. Camphor. Drachm. duas, Ol. Anisi Gutt. quinque

LIQUOR APERITIVUS s. salinus laxativus SPIELMANN.
Rec. Sal. Epsom., Cremor. Tart. āā Unc. unam, Arcan. duplicat. Unc. semis, Aq. ferv. Unc. decem, solve, filtra.

LIQUOR APOPLECTICUS BALSAMICUS Disp. Vienn.
Rec. Flor. Rorismar. Unc. semis, — Lavend., — Lilior. convall., — Tunicae āā Drachm. duas, Styrac., Benzoës āā Unc. unam, Cubebar., Macid., Caryophyll., Cinnamom. āā Drachm. sex, Gran. Paradis. Unc semis, Cort Citri recent. Unc unam, — Aurant. recent. Unc. semis, Sal. Succin. volat. Unc. unam, Spir. Cornu Cervi recent Unc. triginta duas; digesta destillationi subjiciantur; liquor elicitus servetur.

## † LIQUOR ARGENTI AMMONIATO-MURIATICI
Rec. Lapidis infernalis Gran. decem, Aq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0541-6
DFG

destill Unc. duas, solve, liquori (filtrato si opus fuerit) adde Solutionem Sal. communis, donec sedimentum non amplius efficitur; praecipitatum bene ablutum atque eguttatum solve in Spir. Sal Ammon. caust. Unc una et semis, adde Acid. muriat. Drachm. tres, Aq. dest. q. s. ut totius liquoris copia sit Unc. duarum et semis. In Epilepsia laudatum

**† LIQUOR ARGENTI NITRICI** s. **Argenti Nitratis, Nitras Argenti liquidus.** Salpeterſaure Silberlöſung, Höllenſteinlöſung.

Ad usum chemicum Argentum nitricum crystallisatum in Aqua destillata ad arbitrium sumta dissolvitur. Usus chirurgorum externus, e. gr. Argenti nitrici cryst. Gran. unum ad duo, Aq. dest. Unc. una.

**† LIQUOR ARGENTI SULPHURICI**

*Argentum purum in Oleo Vitrioli caloris ope dissolvatur, solutio ad siccum evaporet.* Pulvis residuus Aqua destillata suscipitur, liquor filtratur. Usus chemicus tantum. Argentum sulphuricum ex solutione Argenti nitrici quoque cum Solutione Salis Glauberi praecipitari, praecipitatum leviter elotum in Aq. dest. redissolvi potest.

LIQUOR AROMATICUS SAPONATO-AMMONIATUS.

Rec. Sal Alcali volat. sicc. Unc. semis, Spir. saponat., — Serpyll., — Camphorat. āā Unc. unam.

**† LIQUOR ARSENICALIS Fowleri. Solutio arsenicalis Fowleri, Solutio Arsenitis kalicae (Suec.), Liquor Potassae Arsenitis (Amer., Lond.), Arseniis Potassae liquidus (Bavar.), Solutio mineralis, Mixtura mineralis Fowleri. Liquor antipyreticus.** Fowler'ſs Arſeniklöſung, Kalihaltige Arſenikauflöſung, Arſeniktropfen, Arſenigſaure Kaliflüſſigkeit. *Liqueur arsénicale de Fowler, Arsenite de Potasse*

Rec. Arsenici albi subtilissime pulverati, Salis Tartari āā Grana sexaginta quatuor, in patinam porcellaneam immissis adde Aquae destillatae Unciam unam et coque donec Arsenicum solutum fuerit. Adde Aquae destillatae Uncias octo iterumque coque, liquori frigefacto denique adde Spiritus Angelicae compositi Unc. semis, Aquae destill q. s. ut pondus totum sit Unciarum duodecim. Haec formula cum Ph Boruss., ed. 5, Hass., Saxon. congruit. *Liquoris Uncia una continet Arsenici albi Grana quinque, vel Arsenici Granum unum continetur Solutionis Granis nonaginta.* Pro heroica Arsenici vi Codicum discrepantiam vel minutissimam indicari fas est. Ph. Hann. Spir. Lavendulae comp. pro Angelicae sumit, cet., par. Ph. Hamb., Slesv.-Hols. pondus totius, ceteris paribus, Uncias sedecim faciunt. Ph. Amer. quoque hanc rationem secuta est, sed Spiritum Lavendulae compos in locum Spiritus Angelicae substituit Ph. Lond. 1836 Arsenici albi, Salis Tartari āā Gran. octoginta, Tinct. Lavend. comp. Unc. semis, pondus totius Unc. sedecim. Ph. Suec. Tincturam omnino omittit formulae in capite exhibitae, pondus Librae unius, Fenn. Unc. sedecim. vero aqua supplet. Ph. Gall. 1837 Arsen. albi, Sal. Tartari āā Gran. septuaginta septem, Spir. Meliss comp. Unc semis, pondus totius Unc sedecim. Ut discrepantiae ratio uni conspectui pateat, hanc tabulam ad calculos revocavimus.

| Secundum | Uncia una continet Arsenici albi Grana. | Arsenici albi Granum unum continetur Liquoris Granis. |
|---|---|---|
| Ph Bor, Hann, Hass, Saxon. | 5 1/3 | 90 |
| Ph. Lond., Suec. | 5 | 96 |
| Ph. Bav., Gall., Fenn. | 4 4/5 | 100 |
| Ph. Amer, Hb., Slesv.-Hols. | 4 | 120 |

*Vis:* irritans, alterans, nervina justa dosi, majori gliscens nociva, imo deleteria. *Usus:* in febribus intermittentibus, herpete rebelli. Medicis de virtute vel veneficio Arsenici albi disquisitionem derelinquamus, et parandi methodos tantum hic spectemus.

LIQUOR ARSENICALIS AMARUS s. Solutio Arsenitis kalicae amara (Suec.)

Liquori arsenicali Fowleri (Ph. Suec.) additur Tincturae Absinthii compositae Unc. una cum dimidia loco Aquae tantae.

LIQUOR ARSENICALIS Pearson.

Rec. Natri arsenicici cryst. Gran. unum, solve in Aq dest. Unc. una.

LIQUOR ARTHRITICUS vid. antarthriticus.

LIQUOR AURI MURIATICI, vel Solutio. Aurum muriaticum dissolvitur in Aqua destillata ad usum chemicum.

LIQUOR AURICULARIS vid. Injectio ad aures.

**LIQUOR BALSAMICO-AROMATICUS** vid. Balsamum Vitae Hoffmanni (p. 124).

LIQUOR BARYTAE, s. Barytae muriaticae, s. Barii Chloridi vid. Liquor Terrae ponderosae salitae.

LIQUOR Beguini vid. Liquor fumans Boylei.

LIQUOR Beisseri vid. Aqua antimiasmatica Koechlini (p. 44).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0542-2
DFG

† LIQUOR Bellosti, Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati, Nitras Hydrargyri liquidus, Liquor Nitratis hydrargyrosi, Liquor Mercurii nitrosi frigore paratus, Mercurius nitrosus. Belloſt's Flüſſigkeit, Salpeterſaure Queckſilberoxydullöſung. *Nitrate de Mercure liquide, Liqueur de Bellost.*

Rec. Mercurii nitrici oxydulati Unc. unam, in pulverem subtilissimum contere et affunde Aquae destillatae Unc. octo, Acidi nitrici puri Drachm. unam, absque calore adhibito interdum agita donec sal solutum fuerit; filtra et liquorem vase bene clauso loco obscuro serva. Sit ponderis spec. 1,100. *Vis:* antisyphilitica, antiscabiosa. Solutio cum Sale communi excedente praecipitata atque expost filtrata cum Aqua hydrosulphurata et Alcaliis mixta non turbetur.

Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Hann. hanc ingredientium rationem secutae sunt. Ph. Hass., Slesv.-Hols. Mercurii vivi, Acidi nitrici, Aq dest. āā Unc. unam misceri, et in vase vitreo, aqua frigida immerso, per 14 dies loco frigido seponi, donec bullae aëreae non amplius emergantur, proponunt. Vas non nimis arcte claudatur, ut gas nitrosum evadere possit. Liquor decanthatione obtentus servetur. Ph. Bor. ed. 3, Polon.: Mercurii vivi Unc. unam, solve leni calore in Acidi nitrici puri q. s., adde solutioni Aquae dest. tantum, ut pondus Unc. quinque, Ph. Oldenb. quatuor, efficiatur. Oxydum Mercurii nitricum facile immixtum est. Ph. Dan. Mercurii nitrici oxydulati Drach. duas, Aq. dest. Unc. unam.

LIQUOR CALCARIAE CHLOROSAE, Liquor Calcariae chloratae, s. Calcis oxymuriaticae, Subchloruretum Calcis liquidum, Liquor Chloridis calcici, Hypochloris calcicus aqua solutus (Gall.), Chlorkalklöſung, Chlorkalkflüſſigkeit, Leichenwaſſer. *Hypochloride de Chaux liquide, Chlorure de Chaux liquide.*

Rec. Calcariae chlorosae quantum vis, adde Aquae pauxillum et tritura in pultis tenuis formam, tum Aquae majorem vim affunde, agita, et decanthatione liquidum lacteum separa. Residuum iterum contere et cum Aquae altera copia trituratum decantha donec omnino sublevatum fuerit. Liquores albidos in lagenam vitream ex toto replendam et bene claudendam ingere, hanc sepone, donec sedimentum a liquore limpido subsederit. Liquorem innatantem ope siphonis vitrei (vel decanthatione vel filtratione, si sipho non est in promtu) separa et in vase optime munito serva. Quoad Aquae adhibendae copiam Auctores multum discrepant, quod quidem nullius est momenti, quum liquor ante usum plerumque adhuc diluitur cum Aqua. Pro Calcariae chlorosae Unciis singulis Aquae communis sumi volunt Ph. Hass., Saxon. Unc. sex, Ph. Hamb., Slesv.-Hols. Unc. octo, Ph. Gall. Unc. quadraginta quinque.

LIQUOR CALCIS SALITAE, Liquor Calcariae muriaticae, Solutio Muriatis Calcis (Edinb.), Liquor Salis Ammoniaci fixi, Liquor Calcii Chloridi, Hydrochloras calcicus aqua solutus, Aqua Muriatis Calcis (Dubl.). Salzſaure Kalklöſung, Chlorcalciumflüſſigkeit. *Liqueur de Chlorure de Calcium, Hydrochlorate de Chaux liquide.*

Ph. Lond. 1836. Calcis salitae exsiccatae atque fusae Unc. unam, Aq. dest. Unc tres, solve, filtra. Ph. Edinb., Amer., Marmoris Unc. novem, Acid. Salis Unc. sedecim, Aq. Unc. octo, digere ad effervescentiam finitam, adde Aquae pondus sesquialterum, filtra. Ph. Dubl. Calcis (Cretae?) Unc. unam, Acidi Salis Unc. duas, finita effervescentia filtra.

LIQUOR CALENDULAE Schneideri.

Rec. Florum recent. Calendul. officinal., absque contusione in vitra medicamentaria Unciarum octo capacia, ingere, haecque optime epistomiis suberinis et ligaturis munita solis radiis in loco aprico expone. Liquidum ex Floribus emanans in vitri fundo excretum ex pluribus vitris decanthatione effusum colligatur, Flores ipsi collapsi exprimantur, liquores jungantur. Remedium haemostaticum praedicabatur. A Schneidero medico Fuldensi excogitatum.

LIQUOR CARBONATIS AMMONIAE et PYROLEOSI vid. Liq. Ammonii carbonici et Spiritus Cornu Cervi.

LIQUOR CARDIACUS Riverii.

Rec. Ambr. gris. Drachm. duas, Moschi opt. Scrup duos, Ligni Aloës Drachm. unam et semis, Benzoës Drachm. tres, infunde Spir. Vini rect q. s. ut pollices quatuor emineat, digere, filtra et destillatione partem dimidiam elice.

LIQUOR CATHAERETICUS vid. Liquor Aeruginis.

LIQUOR CHLORETI STANNI vid. Liquor fumans Libavii.

LIQUOR CHLORETI STIBII vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

LIQUOR CHLORI vid. Aqua Chlori (p. 57).



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0543-8 DFG

**LIQUOR CINERUM CLAVELLATORUM DEPURATORUM.** Kohlenſaure Kaliflüſſigkeit. ***Solution de Carbonate de Potasse.***

*Synon.:* Liquor Kali carbonici (Bor., Hamb., cet.), Liquor Potassae Carbonatis (Lond.), Hypocarbonas Salis Tartari liquidum, Solutio aquosa Subcarbonatis Potassae. Kohlenſäuerliche Kalilöſung. *Solution de Souscarbonate de Potasse.*

Rec. Cinerum clavellatorum depuratorum Libram unam,
Aquae destillatae Libras duas,
solve et filtra per chartam albissimam. *Vis:* antacida, incidens, resolvens.

Sit liquor limpidus, coloris plane expers; salium alienorum ne nimiam copiam contineat. Pond. spec. 1,300 — 1,310.

*Usus:* internus et ad paranda medicamenta chemica multa.

Formulam illam quoque secutae sunt Ph. Austr., Bavar., Bor. ed. 5, Dan., Fenn., Hamb., Hann., Hass., Lipp., Oldenb., Polon., Saxon., Slesv.-Hols., Suec. — Ph. Lond. 1809, 1824, Amer. Ciner. Clavell. dep. et Aq dest. $\overline{aa}$ partes aequales; Ph. Lond. 1836 Ciner. Clavell. dep. Unc. viginti, Aq. dest. Unc. sedecim. (Cf. Oleum Tartari per deliquium, quod majoris pretii causa rarius adhibetur, sed puritate quoque praecellit).

LIQUOR AD CONDYLOMATA Plenckii vid. Aqua caustica Plenckii (p. 54).

LIQUOR CORNU CERVI vid. Spiritus Cornu Cervi.

**LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.** Bernſteinſaurer Hirſchhorngeiſt. ***Liqueur de Corne de Cerf succinée.***

*Synon.:* Liquor Ammonii succinici s. succinici pyroleosi, Liquor Succinatis Ammoniae s. Ammonici, Liquor Salis volatilis Ammoniae succinatus, Succinas Ammoniae liquidus (Bavar.), Spiritus Cornu Cervi succinatus. Bernſteinſaure Ammoniakflüſſigkeit. *Succinate d'Ammoniaque impur.*

Rec. Spiritus Cornu Cervi rectificati Uncias sex,
Salis Succini Unciam unam et semis, vel quantum sufficit ad saturationem, quae chartis tinctis exploratur; filtra, et serva in vase optime clauso, luci impervio. *Vis:* antispasmodica, antihysterica, nervina.

Sit pond. spec. 1,050, odoris Olei Cornu Cervi et Succini, saporis salsi, pungentis, empyreumatici, leni calore evaporatus massam salinam relinquat, quae fortius exaestuata penitus avolet. Admixtis tribus partibus Spir. Vini rectificatissimi clarus permaneat atque sine sedimento.

*Usus:* in affectionibus spasmodicis, hystericis.

Congruunt cum illa hunc liquorem parandi methodo Ph. Austr., Bavar., Brunsv., Dan., Fenn., Ferrar., Fuld., Gall. 1837, Hass. 1806, Hisp., Oldenb. Palat., Suec., Wirt. — Cum Sale Cornu Cervi parari instituunt Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Hass., Saxon. 1837, Slesv.-Hols., scil.: Rec Sal Succini Unc. unam, solve in Aq. dest. Unc. octo, adde Sal. Cornu Cervi q. s. ad saturationem; filtra.

Ph. Polon. Spiritum Cornu Cervi antea cum pari pondere Aquae dilui jubet. Disp. Fuld. dictus AQUOSUS: Salis Cornu Cervi Drachm. duas, solve in Aq. Rubi Idaei Unc. duabus, Salis Succini Drachm. duas, solve in Aq. Tiliae Unc. duabus, liquores junge. Ph. Sard. Sal. Succini, Sal. Cornu Cervi $\overline{aa}$ Drachm unam, Aq. Salviae Unc. unam et semis. Disp. Lipp. Sal. Cornu Cervi Drachm. sex, Aq. dest. Unc. quatuor, Sal Succini q. s. Ceteras scriptorum varietates perstringere operae pretium non est.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS ALBUS Ph. Wirt.

Rec Sal Cornu Cervi, Sal. Succini singulorum q. s. ad saturationem, Aq. Cerasor. nigr. Unc. octo. (Congruit cum formula Ph. Bor. ed. 5. vocis antecedentis).

LIQUOR CORNU CERVI TARTARISATUS vid. Liquor Ammonii tartarici.

LIQUOR CORNU CERVI TEREBINTHINATUS Spielmann.

Rec. Aceti Terebinthinae destillati, Sal. Cornu Cervi q. s. ad saturationem, evaporet ad dodrantem fere.

LIQUOR CUPRI AMMONIACALIS, Liquor Cupri sulphurico-ammoniati, s. Sulphatis Cupri et Ammoniaci, Solutio etc. Kupferſalmiaklöſung.

Ph. Lond. 1836: Rec. Cupri ammoniacalis Drachm. unam, Aq. dest. Unc. sedecim. Ph. Bor. ed. 5, Hass. pro usu chemico reactorio.

† **LIQUOR CUPRI AMMONIATO-MURIATICI**, Murias Ammoniae et Cupri liquidus. Salzſaure Kupferammoniakflüſſigkeit, Kupferſalmiaklöſung, Kupferchloridſalmiaklöſung.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0544-3
DFG

Ph. Bavar., Saxon.: Rec. Vitrioli de Cypro Drachm. unam, solve in Aq. dest Unc. duabus et semis, adde Liquoris Cinerum Clavell. depur. q. s. ad praecipitationem, sedimentum in filtro collige, ablue et exsicca. Hujus Pulveris recipe partem unam, solve in Acidi Salis s. q., adde Sal. Ammoniaci partes quinque et Aquae dest. quantum requiritur, ut pondus partium septuaginta efficiatur.

Drachma singula continet Chloreti cuprici fere Granum unum. Inservit parando Liquori antimiasmatico. KOECHLINI.

† LIQUOR CUPRI SULPHURICO-AMMONIATI vid. Liquor Cupri ammoniacalis.

† LIQUOR CUPROSO-MERCURIALIS, s. muriatico-hydrargyro-cupricus ammoniacalis, s. Cupri ammoniato-muriatici cum Hydrargyro. Kupfer-Queckſilberflüſſigkeit.

RATIER: Rec. Cupri limati Drachm. duas, Spir. Sal Ammon. liq. Unc. duas, digere per aliquot dies in vase parum aperto et fundi satis ampli, praeterea recipe Calomel Drachm. duas, Acidi muriatici Unc. duas, — nitrici Gutt. quindecim, solve calide, commisce liquores, ut sedimentum primum exortum iterum solvatur. VAN MONS: Chloreti Cupri et Ammonii cryst., Sal Alembroth āā Drachm. unam et semis, singula solve in Aq. dest. Unc. tribus, liquores junge

LIQUOR DETERSIVUS VOGLERI. Weilb. Rec. Aq Rosar. Unc. quinque, Nitri Drachm. duas, Laud. liq. SYDENH. Drachm. unam.

LIQUOR DIGESTIVUS BOERHAVII est Liquor Terrae foliatae Tartari dilutior.

LIQUOR DISCUTIENS vid. Fomentatio discutiens.

LIQUOR DIURETICUS PIERQUIN.

Rec. Milleped. 30 ad 40, Bacc. Alkekengi 20 ad 30, Bacc. Juniperi 6, contunde cum Vini albi s. q., cola cum express.

LIQUOR ENIXUS Disp. Brunsv.

Rec. Spir. Cornu Cervi rect. q. v., Spiritus Vitrioli q. s. ad saturationem.

LIQUOR EXCITANS Ph. paup. Hamb.

Rec. Camphor. Drachm. semis, Liq. anodyn. min. HOFFM. Drachm. duas.

## LIQUOR FERRI ACETICI, Acetas Ferri liquidus. Eſſigſaure Eiſenoxydlöſung. *Acetate de Peroxide de Fer.*

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati q. v., solve in Aquae dest. pondere decuplo, adde Spir. Salis Ammon. caust. q. s. ut oxydum ex toto praecipitetur; hoc aqua pura primum decanthatione, tum in filtro bene lotum atque eguttatum adhuc humidum in Acetum concentratum ingere et absque calore dissolve, quantum dissolvi poterit.

Inservit Tincturae Ferri acetici parandae. Liquor intense rubicundus, reactionem acidam prae se ferens.

LIQUOR FERRI MURIATICI OXYDATI vid. Oleum Martis.

## LIQUOR FERRI MURIATICI OXYDULATI. Eiſenchlorürlöſung.

Ph. Bor. ed. 5. Rec. Ferri muriat oxydulati Unc. unam, Aq. dest. Unc. duas, solve quantum fieri potest, absque aëris accessu, filtra. Sit liquor viridis, Cupri expers (quod, cur adesse metuatur, non liquet). Pond. spec. 1,250 — 1,260. Solutio ab Oxygenio contracto saepius colorem olivaceum vel imo virescentem citrinum induit, cui frustulis Fili Ferri injectis praecavetur.

LIQUOR FERRI NITRICI OXYDATI.

Rec. Fili Ferri (vel Limaturae) Drachm. duas, affunde Acidi nitrici Unc. duas et semis, stet donec Ferrum solutum fuerit. Liquorem in patina ad ebullitionem calefac, post refrigerium adde Acidi nitrici Gran. decem et Aq. dest tantum, ut pondus Unc. quinque fiat. Praeparatio, ad KOPPII auctoris verba hic descripta, non tantis ambagibus eget, nec tanta Acidi copia. In diarrhoeis pertinacibus laudabatur.

† LIQUOR FOWLERI vid. Liq. arsenicalis FOWLERI.

## LIQUOR FUMANS BOYLEI, Hepar Sulphuris volatile, Spiritus BEGUINI s. fumans BEGUINI, Sulphuretum Ammoniae sulphuratum, Ammoniacum hydrothionicum, Hydrosulphas Ammoniae sulphuratus, Spiritus Sulphuris volatilis, Hydrosulphuretum Ammoniae liquidum. Boyle's rauchende Flüſſigkeit, Beguin's flüchtiger Schwefelgeiſt, flüchtige Schwefelleber, Schwefelammonium im Maximum *Liqueur ſumante de Boyle, Hydrosulphate sulfuré d'Ammoniaque, Foie de soufre volatil, Sulſure hydrogené d'Ammoniaque.*

Rec. Florum Sulphuris Unc. tres, Calcis extinctae, Salis Ammoniaci pulverati āā Unc sex, intime mixta cito in retortam fictilem (ferream fusam, si praesto est, vel saltem vitream) ingere, adapta tubum vitreum satis amplum atque longum cum cucurbita vitrea tubulata junctum. Ex tubulo emineat tubus vitreus bis in angulum rectum recurvus et in Aquae destillatae Uncias duas immergens. Ignem sensim sub retortula incensum auge et excipulum aqua frigida large circumdata refrigera, donec sub finem operationis retortulae fundus rubescat, nec destillatio amplius fiat. Liquor fumans in cucurbita condensatus praeparatum exhibet.

Est liquor coloris intense aurantiaci, con-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0545-9 DFG

sistentiae oleosae, odorem nauseosum hydrothionicum eructans, ad aërem nebulas tenues spargens. Sulphure saturatum indolem fumantem amittit. *Vis*: incitans. *Usus*: in morbis mercurialibus, phthisi et diabete commendatum.

Codices de ponderum rationibus discrepant, quod accuratius exponere non opus est, quum plurimi a recto discedant.

† LIQUOR FUMANS LIBAVII, Spiritus fumans LIBAVII, Butyrum Stanni, Stannum muriaticum oxydatum, Murias superoxygenatus Stanni, Chloridum Stanni, Libav's rauchender Geiſt, Zinnchlorid, Doppelt Chlorzinn, Salzſaures Zinnoxyd, Zinnbutter. ***Beurre d'étain, Chloride d'étain, Esprit de Libarius.***

Rec. Stanni purissimi (de Banca) limati Unc tres, in patinam porcellaneam immisso (pro majoribus copiis parandis in vas ferreum fusum) affunde Olei Vitrioli Unc. novem, misceiam calefac ad vim chemicam provocandam, tum ignem iterum modera, ne res violentius agatur. Quum effervescentia cessaverit, liquidum spissescit. Igne iterum supposito Acidum excedens abigatur atque miscela ad siccum redigatur. Massam obtentam cito in mortarium calefactum ingere, in pulverem redige, per cribrum trajice, et cum pari pondere Salis communis bene siccati intime misce Mixtum in retortam (imo ferream conceditur) ingere et excipulum vitreum appone. Destillatio instituatur igne sensim augendo, quamdiu destillatum prodit.

Est liquidum limpidum coloris expers, ponderis spec. 2, 25, ebullit ad Grad. 96 R. odorem spargit pungentem, suffocantem et vapores nebulosos. Constat ex Stanni uno et Chlori quatuor pond. mixt. cum tertia parte sui ponderis aquae mixtum spissescit, ulteriore additione iterum deliquescit.

LIQUOR AD GANGRAENAM

Ph Palat., Wirt.: Rec. Sal. Ammon. Unc. duas, Aceti Vini, Vini generosi $\overline{aa}$ Libr. unam, Aq. comm. Libr. unam et semis. Disp. Brunsv. loco Aquae Infusum Scordii praescribit.

LIQUOR HEPATICUS MUSTELAE FLUVIATILIS, Oleum Gadi Lotae, Aalquappenleberöl.

Hepar Gadi Lotae supra vase idoneo in baculis suspensum solis radiis exponitur, ut oleum pingue eguttetur, quod vase suscipitur. Est oleum crassum, coloris flavi, odoris atque saporis levis Olei jecoris aselli. Usus: maculis corneae adpingitur.

LIQUOR HEPATIS SULPHURIS CALCAREI, Liquor Polysulphureti Calcii, Liquor Calcariae sulphuratae. Kalkſchwefelleberflüſſigkeit. *Solution de Polysulfure de Chaux.*

Rec. Calcariae ustae in massis totis Libram unam, in sartaginem e ferro fuso confectam immissae affunde Aquae communis calidae Libras sex, operculum impone et omnia sibi derelinque, donec Calcaria in Lac aequabilissimum dilapsa sit. Tum adde Florum Sulphuris, antea cum Aquae pauxillo humectandorum, Uncias viginti octo, et Aquae Libras viginti et miscelam coque per horam integram. Operculo imposito sartago seponatur per noctem et crastino die liquor limpidus innatans ope siphonis vitrei in lagenas aptas transducatur, cavendo ne sedimentum plerumque viride simul sublevetur. Residuum iterum cum Aquae communis Libris viginti vel triginta coquatur, et liquor seponendo limpidefactus siphonis ope priori adjiciatur. — Liquor limpidus virescens, aëri expositus Sulphuris crystallini portiunculas in superficie generans, et in deterius vergens. Inservit parando Lacti Sulphuris, sed extemplo paretur, quum opus fuerit, nec longum servetur.

LIQUOR HEPATIS SULPHURIS NATRINI. Natronſchwefelleber-Flüſſigkeit. *Sulfure de Soude liquide.*

Rec. Hepatis Sulphuris natrini q. s., immitte in sartaginem ferream fusam et adde Aquae communis pondus quintuplum, coque ad solutionem et sepone per noctem. Insequente die liquor limpidus innatans siphonis vitrei ope in lagenam aptam transducatur. Continet quartam sui ponderis partem fere Hepatis sicci.

*Usus*: pro balneis hepaticis artefactis Baregiensibus.

LIQUOR HEPATIS SULPHURIS SALINI, Liquor Kali sulphurati. Kaliſchwefelleberlöſung.

Rec. Lixivii caustici vegetabilis quantum vis, in sartagine ferrea ad ebullitionem calefacto sensim adde Florum Sulphuris, cum Aquae fervidae pauxillo antea humectatorum, quantum requiritur, ut aliquantulum post strenuam ebullitionem intactum remaneat. Sartaginem operculo obtectam sepone et die insequente liquidum ope siphonis vitrei in lagenas aptas transfer; cavens ne sedimentum sublevetur.

Ph. Gall. 1837. Rec. Hepatis Sulphuris salini quantum vis, dissolve in Aquae comm. quam minima fieri potest copia, filtra et adde Aquae tantillum, ut pondus spec. 1,26 efficiatur. Continet trientem Hepatis sicci. Servetur in vasis fere ex toto plenis optime munitis.

Rarius per se adhibetur pro balneis scilicet parandis, tum pro Lacte Sulphuris praecipitando, cet.

LIQUOR HOFFMANNI vid. Liquor anodynus mineralis HOFFMANNI (p. 518).

LIQUOR HYDRARGYRI MURIATICI CORROSIVI vid. Aqua phagedaenica (p. 84).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0546-5
DFG

† LIQUOR HYDRARGYRI NITRICI OXYDATI vid. Liq Mercurii nitrici, — — oxydulati vid Liq. Bellosti.

LIQUOR HYDRARGYRI OXYMURIATIS vid Aqua Swieteni (p. 91) et Aqua phagedaenica (p. 84).

LIQUOR HYDROGENII SULPHURATI s. hydrosulphuratus vid. Aqua hepatica (p. 69)

LIQUOR KALI ACETICI vid Liquor Terrae foliatae Tartari.

LIQUOR KALI BORUSSICI, Prussias Lixivae et Ferri solutus, Lixivium Sanguinis est Kali borussicum in Aquae dest. ad lubitum solutum pro usu chemico.

**LIQUOR KALI CARBONICI** vid. Liq Ciner. clavell. depur. (p. 522) et Oleum Tartari.

**LIQUOR KALI CAUSTICI** vid. Lixivium causticum vegetabile.

LIQUOR Koechlini vid. Liquor antimiasmaticus Koechlini. (p. 519).

**LIQUOR Labarraque, Liquor Natri chlorosi, s. oxymuriatici, Natrum chloratum liquidum, Hypochloris sodicus cum aqua (Gall.), Liquor Sodae chlorisatae (Lond.), Labarraque'ſche Flüſſigkeit,** *Liqueur de Labarraque, Chlorure de Soude, Hypochlorite de Soude liquide.*

Rec. Salis Sodae crystall. Unc. quindecim, solve in Aq. comm. Libr. quinque, solutionem filtratam immitte in lagenam. Seorsum misce in apparatu ad gas evolvendum apto Magnesiae Vitriariorum, subtilissime pulveratae, Uncias duas et Acidi Salis crudi Uncias octo. Igne leni supposito Gas Chlori extricetur et per tubum vitreum in solutionem Salis Sodae perducatur. Gas Chlori evolutum omne a solutione excipiatur, nec major nec minor copia.

*Vis*: antimiasmatica. *Usus*: externus in ulceribus putridis lavandis, in miasmatibus et odoribus putridis delendis, internus in febribus typhosis et intermittentibus Calcariae chlorosae eo praecellit, quod cutem asperam atque duram non reddat. Sit liquor limpidus, odoris proprii non Chlori ipsius sed Salium chlorosorum Salis Sodae parva copia indecomposita excedens longiori conservationi conducit. Nimia Chlori copia immissa denique materiae desinfectantes dilabuntur et Natrum chloricum et Chloretum Natrii eo fiunt. Tubus alter, qui dicitur securitatis, in vase extricatorio requiritur, ne Liquor praeparatus sub finem operationis in vas extricatorium transmigret. Servetur in vasis vitreis bene repletis, epistomiis vitreis munitis in loco frigidulo.

Codices parum in hac praeparatione discrepant. Ph. Hamb.: Aquae Unc. triginta quinque, Acid. Salis crudi Unc. sex, cet par. Ph. Lond. 1836: Sodae Libr. unum, Aq. comm. Libr. quatuor, tum Salis commun. Unc. quatuor, Magnes. Vitriarior Unc. tres, Ol. Vitrioli, diluendi, Unc. quatuor. Ph. Gall. 1837: methodum Payeni amplexa est. Rec. Calcariae chlorosae Unc. unam, dilue cum Aq. comm. Unc. triginta, filtra; Salis Sodae Unc. duas, solve in Aq. comm. Unc. quindecim, liquores ambos junge in lagena, quibus sedimentum copiosum album Calcariae carbonicae enascitur. Liquor quiete limpidefactus siphonis ope (vel decanthatione vel filtro) a sedimento separetur, sedimentum ipsum denique in filtrum conjiciatur et liquor eguttatus priori adjiciatur.

**LIQUOR Lamotte** vid. Tinctura nervino tonica Bestuscheffi.

LIQUOR LITHONTRIPTICUS Palmieri

Rec. Aquae piceae Libr. unam, Flor. Sulphuris Unc. unam, coque donec colorem rubicundum induerit; post subsidentiam decantha

LIQUOR MERCURIALIS vid. Liquor Bellosti.

LIQUOR MERCURIALIS CAMPHORATUS vid. Aqua caustica Grindeli (p. 54).

**† LIQUOR MERCURII NITRICI OXYDATI, Mercurius nitrosus calide paratus, Nitras Hydrargyri liquidus. Salpeterſaure Queckſilberoxydflüſſigkeit.** *Nitrate de Peroxide de Mercure.*

Rec. Mercurii praecipitati rubri Unc. unam, solve in Acidi nitrici diluti quantitate sufficiente (nec excedente) adde Aquae dest. tantum, ut pondus totius sit Unc. octo. Liquorem decanthatum in vase bene obturato loco umbroso serva Sit Acidi muriatici et Mercurii oxydulati expers, quae Liquore Argenti nitrici vel Salis communis explorantur. Pond. spec. 1,175 — 1,185. Ph. Bor. ed. 5, Hann., Saxon., Slesv.-Hols receperunt. (Cf. Mercurius nitrosus calide paratus).

† LIQUOR MERCURII SUBLIMATI CORROSIVI Lebrecht.

Rec. Mercur sublim. corr., Sal. Ammon. āā Gran. viginti quatuor, solve in Aq dest. Libr. duabus, adde Mell. rosat. Unc. unam.

**LIQUOR Mindereri** vid. Spiritus Mindereri.

LIQUOR MORPHII ACETICI Magendie vid. Guttae roseae.

LIQUOR MORPHII TARTARICI sicut Guttae roseae paratur sed cum Acido tartarico.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0547-1

**LIQUOR MUNDIFICANS** Vogleri Weilb.
Rec Aq. comm. Unc. octo, Mercur. sublim. corros. Gran. decem.

**LIQUOR MURIATICO - HYDRARGYRO-CUPRICUS** vid. Liquor cuproso - mercurialis

**LIQUOR MURIATIS** etc. vid. nomina antiqua vel a basi derivata.

**LIQUOR MYRRHAE** vid. Liquamen Myrrhae (p. 515).

**LIQUOR MYRRHAE ALCALISATUS** Swediaur.
Rec. Myrrh. Unc. duas, Aq. ferv. Unc. octo, Sal. Sodae Drachm unam.

**LIQUOR NATRI ARSENICOSI** sicut Liquor arsenicalis Fowleri cum Sale Sodae paratur

**LIQUOR NATRI CAUSTICI** vid. Lixivium causticum Saponariorum

**LIQUOR NATRI** *CHLORICI vel* **OXYMURIATICI** *vid. Liquor* Labarraque.

**LIQUOR AD NEPHRITIDEM CALCULOSAM** Swediaur.
Rec. Capit. Papav. Unc. quatuor ad octo, Aq. ferv Libr. duas, coque ad Unc. octo remanent., exprime, adde Nitri Unc. unam.

**LIQUOR NERVINUS** vid. Tinctura nervino tonica Bestuscheffi.

**LIQUOR NERVINUS** Bangii vid. Naphtha Vitrioli camphorata.

**LIQUOR NERVINUS** Peerbomii Ph. Hann.
Rec. Ciner. *clavell. Drachm.* sex, Sapon. *Venet.* rasi Unc. unam, solve in Aq. dest. tepidae Unc. decem, adde Ol. Terebinth. Unc. unam et semis, — Cajeputi Drachm. duas, Spir. Junip. Unc. unam. Vis: excitans.

**LIQUOR NITRATIS HYDRARGYRI** vid. Liquor Bellosti et Liquor Mercurii nitrici oxydati.

**LIQUOR NITRI FIXI** cum Liquore Cinerum clavellatorum depur. vel Oleo Tartari per deliquium convenit, paratur scilicet ex Nitro ope carbonum injectorum deflagrato atque decomposito. Ph. Palat., Wirt.

**LIQUOR NITRI VOLATILIS** Vogleri Weilb. est solutio aquosa Nitri flammantis (Ammonii nitrici).

**LIQUOR AD ODONTALGIAM** vid. Liq. antiodontalgicus (p. 519).

**LIQUOR OLEI ANIMALIS ET CAJEPUTI** Augustin.
Rec. Ol. animal. aeth. Drachm. unam, Ol. Cajeput. Drachm. semis.

**LIQUOR OLEOSUS** Sylvii, Spiritus volatilis aromaticus oleosus, Spiritus ammoniacalis compositus (Lusit.), Spiritus aromaticus ammoniatus, Spiritus Ammoniae aromaticus. Sylvius ölige Flüſſigkeit. *Esprit volatil aromatique huileux de Sylvius, Esprit aromatique ammoniacal.*

Ph. Wirt., Hann. 1819: Rec. Ol. aether. Anisi, — Caryophyll., — Cinnamomi āā Drachm. semis, — Macid. Scrup. unum, — Zedoariae, — Succini rect. āā Scrup. unum, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. novem — Ph. Hann. 1833 omittit Oleum Zedoariae. — Ph. Edinb. Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. octo, Ol. Rorismar. Drachm. unam. et semis, Ol. Citri Drachm. unam. — Ph. Dubl. Spir. Sal. Ammon. caust. Libr duas, Ol. Citri Drachm. duas, Nucis mosch. Unc. semis, e bene digestis destillet Libr. una et semis. Ph. Amer.: Spir. Sal. Ammon vinos Unc. sedecim, Ol. Rorismar, — Citri āā Drachm. duas, Ol. Caryophyll., — Cinnamom. āā Drach. semis, Aq. q s. ne massa aduratur, ex qua destillent Unc sedecim. — Ph. Palat.: Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. *tres, Ol. Cinnamom.*, — Caryophyll.. — Macid āā Scrup. unum. — Ph. Lusit.: Spir Sal. Ammon. caust Libr. duas, Ol. Citri, — Nucis Mosch. āā Drachm. duas. Ph. Saxon. 1837 (Liq. Ammon. aethereus) Ol. aether. Aurant., — Citri āā Gran. tria, — Macid. Gran quatuor, — Cardamomi, — Cubebar. āā Gran. duo, — Cinnamomi Gran. unum, — Caryophyll Gran. septem, Spir. Sal. Ammon. caust Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. undecim et semis, misce.

Vis: nervina, diaphoretica, exaestuans. Mixtiones hujus persimiles sunt Sal volatile oleosum et Spiritus Salis Ammoniaci aromaticus. Haec medicamenta non sola solutione Oleorum, sicut Liquor Sylvii, parantur, sed destillatione aromatum, radicum, herbarum cum Sale Ammoniaco et Cineribus clavellatis.

**LIQUOR OPHTHALMICUS** Vogleri Weilb.
Rec. Aq. commun. (vel Rosar.) Unc. duas, Tartar. emetici Gran. sex.

**LIQUOR OPHTHALMICUS ANODYNUS** Ph. Palat.
Rec. Gummi Tragacanth Drachm. duas, Mucilag. Sem. Psyllii Drachm. tres, Aq. Rosar., — Plantagin. āā q. s.

**LIQUOR OPHTHALMICUS COERULEUS** vid. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82).

**LIQUOR OPHTHALMICUS DETERGENS**
Rec. Rad. Ireos Florent. pulv. Drachm. tres, Vitrioli albi Drachm. unam et semis, Aq. Rosar., — Plantagin. āā Libr. unam et semis, digere, cola.

**LIQUOR OPHTHALMICUS ROBORANS.**
Rec. Vini Hispan. opt. Libr. duas, Aq. Rosar. Libr. unam, — Chelidonii, — Foeniculi, — Euphrasiae, — Rutae āā Unc. duas, Tutiae praep. Unc. unam et semis, Caryophyll. pulv. Unc. unam, Sacch. Candi Unc. semis, Aloës Succotrin., Myrrh., Macis āā Drachm. duas, Camphor., — Croci āā Scrup. duos, solis radiis exposita digerantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0548-6
DFG

**LIQUOR AD PANNUM** vel **UNGUEM OCULORUM CONSUMENDUM** Ph. Palat.

Rec. Succi Foeniculi Unc. quatuor, — Chelidonii Unc. tres, — Rutae, — Malvae āā Unc. duas et semis, Aloës Scrup. unum, Vitrioli (albi?) Scrup duos, Aeruginis Aeris Scrup. unum, Rad. Zingiberis, Cinnamomi āā Scrup. semis, Fellis Anguillae Unc. semis; — Tauri Drachm duas, Sacch. Candi Scrup. duos, Mell. opt. Unc. semis; ebulliant Succi addendo reliqua et Liquor lege artis (colatione?) depuretur.

**LIQUOR PECTORALIS** Mynsicht.

Rec. Aq. Cinnamomi Buglossatae, — Caponis āā Unc. quatuor, — Pulm. Vituli, — Hb. Hederae terrestr., — Veronic., — Farfarae āā Unc. tres, Lact. Sulphur. Drachm. tres, Flor. Sulphur. Drachm. unam et semis, Magister. Corall. rubr. Drachm. unam, — Perlar. Orient. Drachm. semis.

**LIQUOR AD PERNIONES** Swediaur.

Rec. Extr. Saturni Unc. unam, Spir. Rorismar. Unc. quatuor.

**LIQUOR PHILODONTICUS ET ANTISPASMODICUS** Maury.

Rec. Spir. Vini rectss. Libr. duas et semis, Ol. Menth. crisp. Unc. unam, Ol. Cinnamomi Drachm. duas, Ol. Neroli Unc. semis, Essent. Ambr. cum Moscho, Ol. Rosar. āā Drachm. unam et semis, Naphth. Vitrioli Drachm. semis.

**LIQUOR PLATINAE MURIATICAE** s. Chloreti Platinae, Platinchloridlöſung.

Rec. Ramentorum vel frustulorum Platinae q. v., in vitrum immissis affunde Aquae regiae pondus quadruplum vel sextuplum et calore solutionem promove. Liquorem in patina sinensi leni calore inspissa ut acidum excedens abeat, tum Aqua dest. dilue. Usus chemicus reactorius.

**LIQUOR PLUMBI ACETICI** vid. Acetum Saturni (p. 13).

**LIQUOR PLUMBI SUBACETATIS DILUTUS**, vid. Aquae vegeto-mineralis Goulardi (p. 94).

**LIQUOR** Drs Porter.

Rec. Opii Unc. duas, contunde in mortario cum Acidi citrici cryst. Unc. una, adde Aq. dest. ferv. Unc. octo; post digestionem horas 24 cola cum expressione.

**LIQUOR POTASSAE ARSENICOSAE** vid. Liquor arsenicalis Fowleri (p. 520), — CAUSTICAE vid. Lixivium causticum vegetabile, — SUBCARBONIC. vid. Liq. Ciner. clavell. depur. (p. 522).

**LIQUOR POTASSAE EFFERVESCENS** Ph. Lond. 1836.

Rec. Kali carbonici aërati Drachm. unam, solve in Aq. dest. Unc. sedecim, solutionem in apparatu idoneo cum Gas Acidi carbonici satura.

**LIQUOR POTASSII IODIDI COMPOSITUS** Ph. Lond. 1836.

Rec. Kalii iodati Gran. decem, Iodi Gran. quinque, Aq. dest. Unc. sedecim.

**LIQUOR PRAECIPITANS** Clauderi.

Rec. Ciner. clavell. depur. q. v., affunde Aq. Flor. Acaciae, — Sambuci, — Cochleariae, Nasturtii āā q. s. ad eminent. digitorum quatuor., digesta filtra.

**LIQUOR** Pressavini vid. Aqua vegeto-mercurialis Pressavini (p. 94).

**LIQUOR PROBATORIUS** Hahnemanni vid. Liquor Vini probatorius Hahnem.

**LIQUOR PROBATORIUS WIRTEMBERGICUS**, Sulphuretum Calcii et Arsenici, Liquor probatorius Moeglingii.

Rec. Auripigmenti Unc. unam, Calcis vivae recentis Unc. duas, coque cum sufficiente Aquae quantitate in vase figulino per quadrantem horae, ut Unc. duae liquidi decanthatione possint obtineri.

Usus chemicus in detegenda corruptela plumbica Vini pro inconcinnitate et incertitudine hodie plane antiquatus. Auripigmentum scilicet Sulphuris in ipso contenti vices implet; tum liquor ab alcalitate Ferrum quoque, si solutum adest in Vino, praecipitat Ergo altera disquisitione egetur, quae hac de causa dijudicet. *Cf. Liquor Vini probatorius* Hahnemanni.

**LIQUOR PTARMICUS** Gaubii.

Rec. Euphorbii Gran. quinque, Vini albi Gall. Unc unam, Spir. Cochlear. Drachm. duas, Ol. Majoran. Gutt. duas.

**LIQUOR AD PTERIGIUM** vid. Liquor ad pannum oculorum consumendum.

## LIQUOR PYROTARTARICUS,

Liquor Tartari empyreumaticus (Saxon.), Spiritus Tartari, s. Tartari rectificatus. Brenzliche Weinſteinflüſſigkeit, Weinſteingeiſt. *Esprit de Tartre.*

Rec. Tartari crudi q. v., fiat destillatio ex retorta ferrea vel fictili ad dimidium capacitatis repleta, igne primum remissiore, deinde sensim ad rubedinem augendo. Producta aëriformia, quae impetuose prorumpunt, in refrigeratorio, aqua frigida large circumdata frigefacto, condensentur. Liquorem elicitum filtratione ab oleo empyreumatico per chartam bibulam madefactam separa.

Sit liquor limpidus, rufo-fuscus, odoris pyro-oleosi proprii, acidiusculi, saporis similis, vix aqua ponderosior, caute evaporatum residuum crystallinum edat, quod aestu aucto sublimetur

Ph. Amst., Bor. 3 et 5, Hamb., Hann., Oldenb., Palat., Slesv.-Hols., Wirt., cet. immutate receperunt. Ph. Hass., Saxon semel rectificatione

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0549-5
DFG

depurari proponunt. Residuum in retorta lotione cum Aqua destillata Sal Tartari edit, quod suo loco parari docetur.

LIQUOR RESOLVENS SAUNDER.
Rec. Liq. Terrae foliat. Tart. Unc. quatuor, Extr. Centaur. min. Drachm. duas, Naphth. Vitrioli Gutt. viginti, Syr. Kermet. Unc. duas.

LIQUOR RESOLVENS SAINTE-MARIE.
Rec. Mercur. Drachm. semis, Calc. vivae Drachm. duas, tritura ad extinctionem et in lagenam ingere repletam Aqua in solutione tenente Saponis domest. Unc. semis.

LIQUOR SACCHARI SATURNI, s. Acetum Lithargyri proprie dictum, paratur sec. Ph. Austr. ex Lactis Saturn. Unc. una, Aq. dest. Unc. sex. Cf. Acetum Saturni (p. 13).

LIQUOR SALINUS Disp. Lipp. Salzliquor.
Rec. Cort. Aurant. Unc. unam, Sal. Ammon. Unc. duas, Aq. dest. Libr. tres, digere, filtra.

LIQUOR SALINUS LAXATIVUS.
Rec. Sal. amar. Unc. tres, Tart. tartaris. Unc. unam, Arcan. duplicat. Unc. semis, Aq. commun. Unc. quindecim.

**LIQUOR SALIS ALCALI VEGETABILIS ACETATI** vid. Liquor Terrae foliatae Tartari.

LIQUOR SALIS AMMONIACI ANISATI, — CAUSTICI, cet. vid Spiritus

**LIQUOR SALIS TARTARI** vid. Liquor Cinerum clavell. depur. et Oleum Tartari per deliquium.

LIQUOR SAPONIS STIBIATI vid. Tinctura Antimonii JACOBI.

LIQUOR SCILLITICUS Ph. paup. Hamb.
Rec. Aceti scillit. q. v., Ciner. clavell. depur. q. s. ad saturationem.

LIQUOR SCILLITICUS AMMONIACALIS vid. Mixtura Ammoniaci composita.

LIQUOR SODAE CHLORINATAE vid. Liquor LABARRAQUE.

LIQUOR SPANGENBERGII.
Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. duo, Tinct. Opii Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. quatuor.

LIQUOR SPLENETICUS TARTARI Ph. Wirt.
Rec. Tartari albi crudi, Nitri āā Libr. unam, in crucibulo deflagra, residuum dissolve in Aq. ferv. Libr. tribus, adde Tartari albi Libr. unam, digere per dies 7 et decantha. Continet ergo Tartarum tartarisatum (i. e. Kali tartaricum), saturationis quidem nulla habita ratione.

LIQUOR STANNI MURIATICI vid. Liquor fumans LIBAVII, praeterea Stannum muriaticum oxydulatum Aqua dest. solutum in usum chemicum exploratorium vocatur.

LIQUOR STEGNOTICUS VOGLER WEILB.
Rec. Aq. Calc. Unc. duas, Myrrh., Tinct. Terrae Japonic. āā Drachm. semis.

LIQUOR STIBIATUS CUM ACONITO AUGUSTIN.
Rec. Extr. Aconit. Drachm. semis, solve in Tinct. Antimonii JACOBI Unc. una, adde Tinct. Guajaci ammoniat., Naphth. Vitrioli āā Unc. semis.

LIQUOR STIBII MURIATICI vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

LIQUOR STYPTICUS LOFI vid. Oleum Martis.

LIQUOR STYPTICUS WEBERI.
Ph. Brunsv., Palat., Wirt.. Rec. Vitrioli Martis Aluminis crudi āā Libr. semis, Phlegmatis Vitrioli (vel Aquae Plantaginis) Libr. quatuor, coquantur donec Vitriolum et Alumen soluta fuerint. Deponantur in locum frigidum ut crystalli fiant. Liquoris, a crystallis decanthati, singulis Libris adde Ol. Vitrioli Unc. unam.

LIQUOR SUBACETATIS, SUBCARBONATIS, cet. vid. nomina usitatiora a basibus derivata.

**LIQUOR SUCCINATIS AMMONII** vid. Liquor Cornu Cervi succinatus (p. 522).

LIQUOR SUCCINICUS ANODYNUS vid. Liq. anodynus succinatus.

LIQUOR SULPHATIS ZINCI ALUMINOSUS vid. Aqua Aluminis (p. 41).

LIQUOR SULPHURETI AMMONII vid. Liquor Ammonii hydrothionici (p. 517) et Liq. fumans BOYLEI (p. 523).

LIQUOR SWIETENI, vel SYPHILITICUS TURNERI, SWIETENI vid. Aqua SWIETENI (p. 91).

LIQUOR TARTARI Ph. Wirt. est Oleum Tartari per deliquium.

LIQUOR TARTARI EMETICI vid. Aqua emetica (p. 64).

LIQUOR TARTARI SOLUBILIS, s. Liquor Tartari ammoniati.
Disp. Lipp., VOGLER WEILB. Rec. Liq. Ammon. carbon. aquos. q. v., Tartari subtiliss. pulv. q. s., donec effervescentia cesset, sepone loco calido, tum filtra.

LIQUOR TARTARI TARTARISATI, Solutio Tartari solubilis.
Ph. Bor. castr.: Rec. Tartari tartaris. Unc. unam, Aq. Libr. unam, Mell. Unc. semis. Disp. Brunsv.: Tartari tartaris., Aq. āā Libr. unam.

LIQUOR TARTRATIS AMMONICI vid Liquor Ammonii tartarici (p. 518).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0550-6 DFG

**LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI.** Eſſigſaure Kalilöſung. *Solution d'Acetate de Potasse.*

*Synon.:* Liquor Kali acetici, Liquor Acetalis Kalici, Liquor Salis Alcali vegetabilis acetatus, Acetas Lixiviae solutus, Acetas Potassae liquidus s. aquosus Blätterweinſteinerdeflüſſigkeit. *Liqueur de Terre foliée de Tartre.*

Rec. Terrae foliatae Tartari Partem unam, solve in Aquae destillatae Partibus duabus, filtra. Serva in vase clauso. Vis et usus sicut Terrae foliatae Tartari.

Sit liquor limpidus, coloris expers, reactionis neutrius, cum pari volumine Spir. Vini rectss. mixtus minime turbetur, pond. spec. 1,140 — 1,150.

Plurimi Codices hanc ponderum rationem secuti sunt; scilicet Ph. Amstel., Bor. ed. 5, Brunsv., Dan., Hamb., Han., Hass., Oldenb., Polon., Ross., Saxon., Slesv.-Hols., cet. Ph. Bavar. Ciner. clavell. depur. cum Aceto concentrato saturari docet, ut liquidum 1,230 — 1,235 pendeat. Plures denique Codices similem saturandi viam sequuntur, satis quidem incertam atque laude non dignam.

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI NIGER, Liquor digestivus Boerhavii, Liquor Kali acetici niger (Hann., Slesv.-Hols.) Gefärbte eſſigſaure Kaliflüſſigkeit, Boerhave's Verdauung befördernde Flüſſigkeit.

Rec. Ciner. clavell. depur. Libr. unam, Aceti Vini crudi q. s. ad saturationem, liquor in lebete stanneo ad Libr. tres evaporatione redigatur, filtretur. Colorem fuscum prae se fert, et Spiritu Vini rectss. parum turbatur.

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI CUM RHEO Augustin.

Rec. Ciner. clavell. depur. Drachm. unam, Aceti Vini q. s. ad saturationem, Tinct. Rhei aquos. Unc. unam, Vini antimon. Drachm. unam.

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI SPIRITUOSUS. Weingeiſtige Weinſteinblättererdelöſung.

Ph. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Terrae fol. Tartari Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. octo, solve, filtra.

LIQUOR TERRAE PONDEROSAE SALITAE, Liquor Barytae muriaticae, Solutio Muriatis Barytae, Aqua barytica, Murias Barytae liquidus, Chlorbaryumflüſſigkeit, ſalzſaure Barytlöſung, ſalzſaure Schwererdeflüſſigkeit.

Rec. Terrae ponderosae salitae Unc. unam, solve in Aq. dest. Unc. quinque, filtra.

Pro usu chemico solutio ad lubitum paratur.

LIQUOR TONICUS Pierquin.

Rec. Ambr. griseae Drachm. duas, Moschi Scrup. duos, Aloës Drachm. unam et semis, Benzoës Drachm. tres, Spir. Vini rectss. q. s. ut aliquot digitorum latitudinem emineat; digesta destillationi subjiciantur.

LIQUOR Trilleri vid. Liquor anodynus topicus.

LIQUOR AD ULCERA FAUCIUM vid. Linctus ad Gingivas. (p. 507).

LIQUOR VEGETO-MINERALIS Pressavini. vid. Aqua (p. 94).

**LIQUOR VINI PROBATORIUS** Hahnemanni, Aqua hydrosulphurata s. hydrothionica acidula, Aqua hepatica acidulata, Liquor Hydrogenii sulphurati. Hahnemann'ſche Probeflüſſigkeit, angeſäuertes Schwefelwaſſerſtoffwaſſer. *Liqueur probatoire de Hahnemann, Eau hydrosulfurée acidulée.*

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei subtil. pulv. Drachm. unam, dilue cum Aq. comm. Unc. octo; seorsum recipe Acidi tartarici Drachm. duas, solve in Aq. comm. Unc. octo, et liquores junge in vase vitreo forti claudendo. Miscelam interdum vehementer exagita, tum sepone, donec sedimentum a liquido secedat. Liquor limpidus in usum chemicum vocatur pro detegendo adulterio plumbico Vini, quod quidem hodie rarissime tantum occurrit. Ph. Wirt.: Hepat. Sulphur. calcar. *Drachm. duas*, Cremor. Tartari *Drachm. septem*, Aq. tepidae Unc. sedecim, mixta agitentur. Ceteras varietates praeteriri aequum est.

LIQUOR VINI PROBATORIUS WIRTEMBERGICUS, Würtembergiſche Weinprobe.

Rec. Auripigmenti Unc. unam, Calcis vivae recent. Unc. duas, pulverata coquantur cum suff. quant. Aquae in vase figulino, ut Unciae duae liquidi filtratione possint obtineri.

Auripigmentum locum Florum Sulphuris tantum implet, et Arsenici, quod inest, nulla ratio est habenda. Ferrum simul ab hoc liquore indicatur, quare usus ejusdem penitus restrictus est prae liquore antecedente, qui dubitationem non admittit. Liquor Ammonii hydrothionici et fumans Boylei idem valent atque Liquor Wirtembergicus.

LIQUOR VALERIANAE Ph. paup. Hamb.

Rec. Pulv. Rad. Valerian. Unc. unam, Liq. anodyn. min. Hoffm. Unc. quatuor, per aliquot dies frigide digesta caute filtra; ne Spiritus aliqua pars avolet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0551-2 DFG

LIQUOR VISCERALIS Ph. Wirt.

Rec. Extr. Chamaedr., — Cichorii, — Trifol. fibrini, — Martis pomat. āā Drachm. tres, Spir. Nitri dulc., Tinct. Cort. Aurant. āā Unc. duas, Aq. Cort. Citri Unc. sex, digesta per aliquot dies filtrentur. — Disp. Argent.: Cort. Citri rec., — Aurant. rec. āā Unc. sex, Spir. Vini rectss. q. s., Sal. Tartari, Sal. Ammon. āā Unc. sex, Nuc. Mosch. Unc. quatuor, Cinnamomi, Macidis āā Unc. unam, destillent, Spiritui prolecto adde Ol. Cinnamom. Drachm. semis, Aq. Naph. Unc. sex, iterum destillet.

LIQUOR VULNERARIUS vid. Balsamum vulnerarium (p. 126).

LIQUOR VULNERARIUS Bilgueri vid. Aqua vulneraria Thedenii (p. 98).

LIQUOR VULNERARIUS MINERALIS Dippelii, Balsamum vulnerarium Dippelii Ph. Wirt.

Rec. Lapid. Haematit. pulv. Libr. semis, Tartari crudi Libr. unam, mixtis affunde Aceti Vini dest. Libr. tres, digere, acetum per alembicum abstrahe, bis vel ter cohoba, ultimum ad siccum evoca. Residuo reaffunde Spir. Vini rect. Unc. viginti, digere per octiduum, tum clarum a spisso separa et liquorem serva.

LIQUOR ZINCI SALITI s. muriatici. Zinkchlorurlöſung, Salzſaure Zinkflüſſigkeit.

Rec. Butyri Zinci partem unam, dissolve in Aq. dest. part. quindecim. Causticum. Pro lotione magis adhuc diluitur.

LITHONTRIPTICUM Tulpii, Tulp's ſteintreibendes Mittel. *Lithontriptique de Tulp.*

Rec. Cantharid. pulv., Cardamom. min āā Drachm unam, Spir Vini rectss. Unc unam, Acidi nitrici Unc. dimidiam, infunde frigide per 6 dies, filtra.

LITUS, Pinſelſaft, medicamentum liquidum, quod penicilli ope adpingitur.

LITUS ACIDUS vid Linimentum gingivale.

LITUS AD APHTHAS, Pinſelſaft bei Aphthen.

Berends: Rec. Vitrioli Zinci Scrup. semis, Aq Rosar. Unc. tres, Syr Moror. Unc. unam. Sundelin: Aq. Chlori Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. Wendt: AD APHTHAS ASTHMATICAS: Borac. Drachm. duas, Aq. Salv. Unc. duas, Tinct. Myrrh. Drachm duas, Mell despum. Unc. unam.

LITUS ORIS, Mundpinſelſaft.

Sundelin: Rec. Acid. muriat. Gutt. quindecim, Syr. Moror. Unc. tres, Tinct. Catechu Drachm. unam. Vogt: Acid muriat. dilut. Drachm. unam ad duas, Mell. rosat. Unc. unam. Aliae formulae quorundam: Acidi pyrolign. Drachm. unam et semis, Mell. rosat. Unc unam et semis; vel: Alumin. Gran. decem, Mell. rosat Unc. unam et semis, Tinct. Catechu Drachm. unam et semis; vel: Borac. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc unam; vel: Extr. Ratanh., — Myrrh. āā Drachm. unam, Aq Salv, Syr. Moror. āā Unc. semis; vel: Vitrioli de Cypro Gran. sex, Aq. dest. Unc. unam, Mucil. Gummi arab. Unc semis; vel: Ungt Aegyptiaci Drachm. tres, Tinct. Catechu Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam; vel: Mercur. subl. corros. Gran. sex, Extr. Cicut., — Chamom. āā Drachm. duas, Tinct Opii Drach. unam, Mell. rosat. Unc. unam; vel: Extr. Chinae frig par. Drachm. duas, Aq. Rutae Unc. duas, Spir. Sal. dulcis Drachm. duas, Mell rosat. Unc. unam; cet., cet.

LIXIVIUM, Lixiva, Lixivia, Lauge, *Lessive* liquidum alcalinum causticum ex Cineribus clavellatis vel Soda ope Calcariae ustae paratum.

LIXIVIUM ACETATUM vid. Terra foliata Tartari.

LIXIVIUM ALCALI VEGETABILIS vid. Lixivium causticum et Saponariorum.

LIXIVIUM AMMONIACALE vid. Spir. Sal. Ammon. caust., — ANISATUM, — AROMATICUM vid. Spir. Sal. Ammon. anisatus et aromaticus.

† LIXIVIUM CAUSTICUM MINERALE, s. natrinum, Liquor Natri caustici, Soda caustica fluida, Liquor Sodae concentratus, Liquor Hydratis natrici, Lixivium Saponariorum (in Gallia, Hispania), Aetznatronlauge, Seifenſiederflüſſigkeit, *Soude liquide, Lessive des Savonniers.*

Paratur sicut Lixivium causticum vegetabile, iisdem cautelis atque encheiresi observatis, sed loco Cinerum clavellatorum sumendae sunt Salis Sodae crystallisati Librae quatuor, ceteris ponderum rationibus non mutatis. (Sal Sodae, si partim dilapsum atque desiccatum fuerit, pro pondere certo haberi non potest, tum penitus siccescat caloris ope in catino ferreo vel porcellaneo, et hujus Salis anhydri sumantur Libra una et semis, ceteris immutatis).

Sit liquor limpidus coloris nullius vel levissimi flavi, acidi carbonici, quod acidis admixtis dignoscitur, fere liber, acidi muriatici atque sulphurici, quae post saturationem cum acido nitrico ope Argenti nitrici et Barytae nitricae explorantur, plane liber. Pond. spec. = 1,330 — 1,340.

*Usus:* in sapone medicato parando.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0552-7
DFG

## † LIXIVIUM CAUSTICUM VEGETABILE. Aetzlauge. *Potasse liquide.*

***Synon.***: Liquor Kali caustici s. puri, Potassa pura liquida, Liquor Potassae, Aqua Potassae; Liquor Hydratis kalici, Aqua lixivia caustica, Solutio Hydratis kalici, Lixivium Saponariorum (in Germania). Laugenwaſſer, Aetzkaliflüſſigkeit. *Potasse liquide à la chaux, Lessive des Savonniers.*

Rec. Cinerum clavellatorum depuratorum Libras duas,
immitte in sartaginem ferream fusam altam nec nimis amplam, operculo item ferreo instructam, et affunde
Aquae comm. Libras viginti.
Miscela calefiat ad ebullitionem. Interdum recipe
Calcariae ustae Libram unam, affunde Aquae communis tepidae *Libras tres et sepone*, donec, effervescentia finita, Calcaria pultis mollissimae speciem prae se ferat. Solutioni interdum fervefactae adde pultis calcariae partem decimam vel duodecimam, et operculo imposito coque per minuta aliquot, ut Calcaria carbonica enata in pulveris densioris consistentiam coeat. Tum denuo adde Calcariae partem, et ita, inter assiduam ebullitionem perge, donec sub finem liquoris portiuncula exemta cum acido quovis excedente mixta effervescentiam non amplius cieat.

Miscela in eadem sartagine, operculo exacte imposito, stet per horas sex vel octo, vel per noctem, ut sedimentum calcareum fundum petat; quo facto liquor limpidus supernatans siphonis vitrei, tubo aspiratorio instructo (vel tubi vitrei incurvi, aqua pleni, digitisque claudendi) ope in lagenas bene obturandas perducatur.

Sedimentum denuo cum Aquae Libris sex vel octo coquatur per quadrantem horae et liquor subsidentia limpidefactus eodem modo in lagenas transducatur.

Liquores in lagenis collecti et servati in eadem sartagine, sedimento calcareo interdum rejecto, ad justam spissitudinem igne forti evaporent, et post refrigerium in eodem vase siphonis vitrei ope in lagenas perducantur, in quibus servandi sunt.

Sit liquor limpidus, absque colore aut parum tantum flavescens, ab acido carbonico, quod acidis admixtis exploratur, quantum fieri potest liber. Pond. spec. 1,330 — 1,340. Acido sulphurico atque muriatico, ex Cineribus oriundis, non nimis sit inquinatum.

*Usus:* pro Lapide caustico chirurgorum, Tinctura Antimonii acri; praeparatis chemicis permultis; injectionibus admiscetur.

Plurimi Codices, quum in ponderum rationibus satis discrepent, idem pondus specificum admittunt, quod Kali caustici sicci partibus centesimis viginti sex respondet. Vas vitreum, quod aquae Uncias tres capit, Lixivii caustici in eodem volumine capiat Uncias quatuor. Ph. Slesv.-Hols. proponit Alcali vegetabilis caustici sicci partem unam in Aquae destill. partibus duabus dissolvi et solutionem limpidefactam decanthatione separari. Opera multum supervacanea Lixivium inspissandi imo adulterii carbonici periculum affert, quare huic procedendi methodo non assentimur. Lixivium chemice purum quando requiritur Sal Tartari pro Cineribus clavellatis depuratis adhibendum est. Calcariae ut quam minima pars sufficiat, extinguendi methodus, quam indicavimus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0553-3
DFG

est observanda; aqua scilicet large affusa, nec parce adspersa opus est; quod nisi spectatur, Calcaria in massam granulosam, duram, difficile distribuendam dilabitur, cujus multa major moles ad causticationem requiritur. Servetur lixivium in lagenis epistomiis vitreis optime munitis. Epistomium atque collum lagenae a lixivio bene mundata esse oportet, antequam lagena claudatur. Temporis scilicet diuturnitate epistomium magna cum vi lagenae inhaeret, quae saepius absque fractura iterum aperiri nequit. Huic incommodo pauxillo Spermate Ceti inter epistomium atque lagenae collum contriti praecaveri expertum habeo. Parvae Lixivii copiae sumendae bene siphonis vitrei ope ex lagena absque colli humectatione eliciuntur.

LIXIVIUM GENISTAE

Rec. Cinerum Genistae Unc. tres, Aq. comm. Libr. duas, *solve, filtra.* Est solutio impura atque tenuis Cinerum clavellatorum.

LIXIVIUM KALI s. KALINUM vid. Lix. caust. vegetabile.

LIXIVIUM LITHONTRIPTICUM Saunder.

Rec. Ciner. clavell. depur, Unc. sex, Conchar. ustar. Libr. unam et semis, Aq. fervid. Libr. octo et semis, misce l. a., in vase vitreo interdum agita, post horas 24 liquorem limpidum decantha. Est Lixivium causticum dilutum.

LIXIVIUM MAGISTRALE, Meiſterlauge, est *Lixivium vegetabile* causticum ad justam *densitatem* pro saponificatione reductum.

LIXIVIUM SANGUINIS est Kali borussicum in Aq. dest. solutum pro usu chemico exploratorio.

**† LIXIVIUM SAPONARIORUM**, Seifenſiederlauge, *Lessive des Savonniers.* in Hispania, Gallia, Italia: Lixivium causticum minerale; in Germania, Suecia, Rossia, cet. vegetabile denominatur. Quod a Saponariis paratur Acidi carbonici semper aliquantulum retinet, et colore intensiore atque impuritate distinguitur. Res medica hoc lixivio carere potest.

LIXIVIUM SODAE i. e. Lixivium causticum minerale.

LIXIVIUM TAMARISCI sicut Lixivium Genistae paretur, vel rectius non paretur.

LIXIVIUM TARTARI vid. Oleum Tartari per deliquium.

**LOOCH**, Loch, Lohoch, Look, Leckſaft, *Lecher* idem valet atque Linctus, quam vocem vide.

LOOCH ADSTRINGENS vid. Looch japonicum.

**LOOCH ALBUM**, Looch album Parisiense, Looch amygdalinum s. oleosum, s. leniens, Linctus albus amygdalinus. Pariſer Säftchen, Weißer Leckſaft. *Look blanc.*

Rec. Amygdalarum dulcium excorticatarum Unc. dimidiam, Amygdal. amarar. Drachm. semis (vel N° duos), Sacchari albi Unc. semis, optime contunde in mortario in pultis aequabilis formam cum Aquae pauxillo, tum cum majore copia Aquae dilue ut sit colatura Unciarum quatuor. Porro recipe Gummi Tragacanth. pulv. Gran. sedecim, Sacch. albi Drachm. duas, admisce Emulsionis tantillum q. s. ad mucilaginem parandam, injunge l. a. Olei Amygdalar. Unc. semis et totam Emulsionem, denique adde Aquae Naphae Drachm. duas (Ph. Gall. Unc. semis, cet. par.). Ph. Hamb., Gall., Slesv.-Hols. receperunt. Paretur ex *tempore.*

**LOOCH AMYGDALARUM**, Mandelnlooch.

Van Mons: Rec. Gummi Arab. part. unam, Aq. Amygd. amarar. part. duas, fiat mucilago, adde Ol. Amygdal. part. tres, Syr. emulsiv. part. quatuor (Cf. Looch album)

LOOCH ANTHELMINTHICUM

Ph. Hass. 1806: Rec. Pulv. Sem. Cinae, — Rad. Valerian., — Jalapp. āā Drachm. unam, Mell. scillit. q. s. ut fiat magma spissum. Ratier: Looch albi Unc. quatuor, Pulv. Helminthochort. Drachm. semis, Ol. Amygdal. dulc. Syr. Acetos Citri āā Unc unam. Pierquin: Infus. Helminthachort. Unc. quatuor, Ol. Ricini Unc. duas., Syr. Flor Persicar. Unc. unam, Calomel. Gran. quatuor, Pulv. Rad. Rhei Gran. duodecim. Bories: Ol. Amygd. dulc. Unc quatuor, Pulv. Helminthoch. Drchm. unam, Syr. Acetos Citri Unc. unam, Camphor. Gran. viginti, Liq. anodyn. Hoffm. Gutt. viginti quinque; Aq. Naphae, — Portulacc., — Matricar. āā Unc. duas. — Saunder: Pulv. Rad. Valerian. Drachm. unam, Ol. Olivar. Unc. unam.

LOOCH AD ASTHMA s. antiasthmaticum, s. de Scilla. Looch bei Engbrüſtigkeit.

Disp. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Rad. Scill. praep. Unc. semis, Hb. Marrubii, — Hyssopi āā Drachm. unam, Rad. Ireos Flor. Drachm. duas, Myrrh., Croci āā semis, Mell. despum. Unc. sex. Pierquin: Succi Scill., Mell. despum. āā Unc. quatuor. Swediaur: Gummi Ammoniac., Aq. comm. āā Scrup. quatuor, trituratis adde Pulp. sacchar. Rad. Ireos Flor., — Enulae āā Drachm. sex, Mell. alb. Unc. sex.

LOOCH ANTICATARRHALE

Rec. Spir. Sal. dulc. Drachm. unam, Syr. Papav. Rhoead. Unc. unam.

LOOCH ANTISYPHILITICUM vid. Linctus.

LOOCH BALSAMICUM

Bories: Rec. Balsami Canadens. Drachm. semis, Vitellum Ovi unum, Mell. rosat. Unc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0554-9
DFG

duas Ph. Herbip.: Sperm. Ceti Drachm. duas, Bals. Indic. nigr. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc duas.

LOOCH BECHICUM Pierquin

Rec. Semin. Cydon. Manip duos, Aq. Lilior., — Papaver āā Unc. duas, Syr. Violar Unc unam et semis.

LOOCH BRASSICAE RUBRAE s Gordoni.

Rec. Succ. depur Brassic. rubr. Libr. unam, Croci Drachm. tres, Sacch., Mell. despum. āā Libr semis.

LOOCH CAMPHORATUM vid. Linctus.

LOOCH COMMUNE vid. Looch album.

LOOCH CROCATUM s. cum Croco.

Van Mons: Rec. Croci Gran. sex, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, Gummi Tragacanth. Gran. sedecim., Ol. Amygd. dulc. Unc. semis, Amygd dulc. N° 15, Syr. Violar. Unc. unam et semis.

LOOCH CUM CROCO ET PISTACHS vid. Looch viride.

LOOCH DEMULCENS v. EMOLLIENS vid. Linctus oleosus.

LOOCH EXPECTORANS, Auswurf befördernder Leckſaft.

Pierquin: Kermet. mineral. Gran. duo, Aq. Boragin, Unc. duas, Syr. Bugulae, — Hederae terr. āā Unc. unam et semis. Sainte-Marie: Mell. Narbonn, Butyri recent. āā Unc. duas; vel: Mell. despum., Mucilag. Gummi Arab. āā Unc. unam. Ph. Genev.: Gumm. Arab., Syr. Alth., — Papav. Rhoead. āā Unc. unam. Bories: Syr. Violar. Unc. unam et semis, Oxymell. simpl. Unc. unam, Flor. Sulphur. Drachm. semis, — Benzoës Gran. quindecim. Richard: Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Oxym. scill. Unc. unam.

LOOCH FARFARAE Ph. Wirt.

Rec. Rad. Farfarae recent. q. v., coque ad mollitiem, contunde in pultem, quam per cribrum trajice. Pulpae Libr. uni adde Mell. despum. Libr. duas, coque ad humiditatis superfluae consumtionem.

LOOCH GLACIALE vid. Linctus Mesembryanthemi.

LOOCH Gordoni vid. Looch Brassicae rubrae.

LOOCH GUMMOSO-OLEOSUM vid. Looch album.

LOOCH JAPONICUM s. adstringens, Catechu-Leckſaft.

Fuller: Rec. Catech. Drachm. duas, Album. Ovi conquass. Drachm. sex, Syr. Symphyt. q. s. Cadet: Catechu Drachm. duas, Aq. Cinnam. Unc. quatuor, Rad. Salep Drachm. unam et semis, Syr. Cynosb. Unc. duas.

LOOCH CUM KERMETE vid. Looch expectorans.

LOOCH LAXANS Ratier.

Rec. Looch albi Unc. quatuor, Syr. Cichor. Unc. duas.

LOOCH LENIENS, Mildernder Leckſaft.

Sainte-Marie: Rec. Sem. Lini cont. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, coque ad Syr. consistent., adde Mell. rosat. Unc. duas (Cf. Looch album, Linctus Cetacei, Linctus leniens).

LOOCH LENIENS BALSAMICUN Spielmann.

Rec. Pulv. Gummi Tragacanth. Gran. sedecim, Aq. commun. Unc. semis, f. mucilago, adde Syr. Alth. Ol. Amygd. āā Drachm unam, Terebinth c. Vitello ovi tritae Scrup. unum, Infus. pectoral. Unc. tres et semis.

LOOCH DE LINO. Ph. Hann. 1819.

Rec. Flor. Sulphur. Drachm. unam, Sacch. albi Drachm. duas, Ol. Lini Unc. unam, Syr. Balsam. Peruv. Unc. unam et semis.

LOOCH E MANNA s. mannatum, s. Mannae.

Rec. Ol. Amygdal. dulc., Syr. Alth., Mannae āā Unc. quatuor, Aq. Naph., — comm. āā Unc. duas; Mannam in aqua primum solve et Syrupo et Oleis mixtis injunge.

LOOCH E MANNA Drs. Wegeler.

Rec. Gummi Tragacanth. Scrup. unum, solve in Aq. Naphae Unc. semis, admisce Ol. Amygd. dulc. Unc. unam; tum Mannae Calabr. Unc. unam leni calore solve in Aq comm. Unc. una et semis, *solutionem per linteum cola et emulsioni l. a. admisce.*

LOOCH MUCILAGINOSUM Fuller.

Rec Sem. Psyllii, — Cydon. āā Drachm. unam et semis, decoque in Aq. Rosar. s. q. ad Mucilag. extractionem, colat Unc. quatuor adde Album. Ovor. conquassatum unum, Sacch. albi Drachm. quinque.

LOOCH MYRRHAE Fuller.

Rec. Myrrh. pulv. Drachm. duas, Croci Scrup semis, Nuc. mosch. Drachm. semis, Mell. Unc. duas

LOOCH OLEI TEREBINTHINAE, Terpenthinöl-Leckſaft.

Soubeiran: Rec. Ol. Terebinth. Drachm. tres, Vitellos Ovor. duos, Syr. Menth. Unc. duas, Syr. Flor. Aurant., Syr. cum Naphth. āā Unc. unam, Tinct. Cinnamomi Drachm. semis. Dr. Martinet: Vitell. Ovor. unum, Ol. Terebinth. Unc. unam, Syr. Menth. crisp., Aquae Naphae āā Unc. duas.

LOOCH OLEOSUM s. absque emulsione paratum, Oeliger Leckſaft.

Ph. Gall. 1818: Rec. Gummi Tragacanth. Gran. sedecim, Ol Amygd. dulc. Unc. semis, Aq. comm. Unc. tres, Aq. Naph. Drachm. duas, m. l. a.

LOOCH OXYMURIATIS CALCICI s. ad stomacacen Van Mons.

Rec. Calcar. chlorosae Drachm. unam, Aq. comm., Mell. albiss. āā Unc. unam et semis. (Cf. Linctus p. 508).

LOOCH PECTORALE, Bruſtleckſaft.

Pierquin: Rec. Ocul. Cancri Drachm. duas. Succi Taraxaci Unc. quatuor, Syr.

Rhoead. Unc. duas. Disp. Brunsv. Rec. Hb. Hederae terrestr., — Millefol āā Unc duas et semis, — Hyssopi, Stipit. Dulcamar. āā Unc unam, incisis infunde Aq. ferv. Libr. tres, colat. adde Mell. despum. Libr. tres, Aceti Vini Libr. unam.

LOOCH PECTORALE LENIENS Brera.
Rec Infus. Verbasc., — Violar. āā Unc. duas, Gummi Arab. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam et semis.

LOOCH PULMONALE s. de Pulmone Vulpis, Fuchslungenleckſaft.
Ph. Hann.: Rec. Pulv. Succ. Liquir., — Sem. Anisi, — Sem. Foeniculi āā Unc. unam, Syr. Alth. Libr. unam. Ph. Wirt.: Pulv. Pulmon. Vulpis, Pulv. Succ Liquir., — Hb. Capill. Ven., — Sem. Anisi, — Sem. Foenic. āā Unc. unam, Syr. simpl. Unc. quindecim. Disp. Lipp. parum discrepat.

LOOCH PULMONEM STIMULANS vid. Looch ad Asthma.

LOOCH PUERPERARUM Fuller.
Rec. Sperm. Ceti Drachm. duas, Pulv. Bals. Tolut. Drachm. unam, Bals. Indic. nigr., Tinct. Benzoës āā Drachm. semis, Vitell. Ovi unum, Sacch. albi Unc. duas, Syr. simpl. q. s.

LOOCH AD RAUCEDINEM Fuller.
Rec. Sperm. Ceti Unc. semis, Sacch. albi Unc. unam, Syr. Balsam. Unc. tres.

LOOCH RUBRUM Fuller
Rec Confect Fruct. Cynosbat. Unc. semis, Syr. Bacc. Sambuc, Ol. Amygd. dulc. āā Unc. unam.

LOOCH SANUM ET EXPERTUM Ph. Wirt.
Rec. Aq. Looch sani (p. 75) Libr. unam, Pinearum, Amygdal. dulc, Sem. Papav. alb āā Unc. semis, fiat Emulsio in qua solve Sacch. albi Unc. viginti, insperge Pulv. Rad. Liquir., Tragacanth., Gummi Arabici, āā Drachm tres, Ireos Flor. Drachm duas, agitatione misce.

LOOCH SAPONATUM Ph. Edinb.
Rec Sapon. medicat. Drachm. unam, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Syr. Capill. Veneris Unc. unam et semis. (Cf. Linctus saponatus).

LOOCH SCILLITICUM
Rec. Looch oleosi Unc. quatuor, Mell. scill. Unc unam. (Cf. Looch ad Asthma).

LOOCH SIMPLEX s. leniens.
Ratier: Rec. Gummi Tragacanth. Gran. sex, Emuls. Amygd dulc. Unc. quatuor, Syr. Sacch. Unc. unam. Plerumque Looch oleosum hac voce intelligitur.

LOOCH AD STOMACACEN vid. Looch Oxymuriatis calcici.

LOOCH TEREBINTHINATUM vid. Looch leniens balsamicum (p. 533) et Olei Terebinth. (p. 533).

LOOCH CONTRA TUSSIM Saunder.
Rec. Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis, Ol. Amygd. dulc Unc. unam, Vitell. Ovi Drachm. duas, Syr. Alth. Unc. tres.

LOOCH VERMIFUGUM vid. Looch anthelminthicum.

LOOCH VIRIDE s. cum Croco et Pistaciis. Grüner Leckſaft.
Ph. Gall. 1818: Rec. Syr. Violar. Unc. unam, Tinct. Croci Scrup. unum, Aq. comm. Unc. quatuor, f. Emuls. cum Pistaciarum Drachm. sex, colat. adde Pulv. Gummi Tragacanth. Gran. sedecim, Ol. Amygd. dulc. Unc. semis, Aq. Naph. Drachm. duas.

LOOCH VITELLINUM Fuller.
Rec. Sperm. Ceti Drachm. duas et semis, Vitell. Ovi unum, Ol. Amygd. dulc., Syr. Alth. āā Unc. unam.

## LOTIO, Lotus, Lavacrum,
Waſchung, Waſchmittel, *Lotion*. Medicamentum est externum liquidum, ad corporis partes lavandas aptum. Plerumque sola mixtione vel solutione paratur.

LOTIO ACETATIS MERCURII.
Rec. Mercurii acetati Gran. decem ad duodecim, Aq. Rosar. Unc. quinque.

LOTIO ACIDA, Saure Waſchung.
Rusti: Acid. nitric., Aq. Cinnamom. vinos. āā Unc. unam. Alia formula: Acidi nitrici Drachm. duas, Acid. muriat. puri Drachm. tres, Aq. commun. Unc. sedecim. Soubeiran: Acidi nitrici Drachm. unam, Aq. comm. Libr. unam.

LOTIO ACIDI HYDROCYANICI, Blauſaure Waſchung
Magendie: Rec. Acidi hydrocyanici Drach. duas, Aq. Lactuc. Unc. sedecim. Richard: Acid. hydrocyan. Unc. semis, Spir. Vini rectss. Unc. unam, Aq. dest. Unc. decem et semis.

LOTIO ADSTRINGENS, Zuſammenziehende Waſchung.
Rec. Spir. Vini rectss. Unc. duas, Aq. Calc. Unc. octo. Spielmann: Flor. Zinci Gran. duodecim, Vitrioli de Cypro Gran. tria, Mell. rosat. Drachm. unam, Aq. Calcis Unc. duas.

LOTIO ALUMINIS Gray.
Rec. Aluminis, Acet. dest., Vitrioli Zinci āā Unc. semis, Aq comm. Libr. duas.

LOTIO ANODYNA Sainte Marie.
Rec. Capit. Papav. Unc. unam, Aq. ferv. Libr. duas et semis, coque ad Unc. sedecim remanent., col. adde Spir. Sal. Ammon. Unc. unam.

LOTIO ANTIPHLOGISTICA Gray.
Rec. Aceti Saturni Drachm. sex, Spir. Mindereri Unc. quatuor, Aq. dest. Libr. duas.

LOTIO ANTIPSORICA s. Veratri mercurialis.
Augustin: Rec. Decoct. Hellebori albi Unc. octo, Calomel. Drachm. unam, Nitri Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. duas. Soubeiran: Mercur. subl. corros. Drachm. unam, Aq. dest. Unc. sedecim.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0556-1
DFG

LOTIO ANTIRHACHITICA Bonhomme Pierquin: Rec. Ciner. clavell depur. Unc. semis ad integram, Aq. comm. Unc. sedecim.

LOTIO ANTISEPTICA Pierquin: Acet. Saturni Drachm. unam, Aq. Plantag. Unc. duas, vel: Decoct. Chinae Unc. quatuor, Camphor Drachm. unam.

LOTIO Barlowi CONTRA TINEAM, s. sulphurata saponata. Barlow's Grindwaſche.

Rec. Hepat. Sulphur. natrini Unc tres, Sapon albi Unc unam et semis, Spir. Vini rectss. Libr. unam, Aq. Calcis Libr. decem.

LOTIO CUM BORACE. Soubeiran: Rec. Borac. Drachm. unam ad duas, Aq. comm. Unc. sedecim.

LOTIO CONTRA CONGELATIONES. Rec. Ciner. clavell. depur. Unc unam, Aq. Rosar. Libr. unam.

LOTIO CUPRI ACETATIS Rennie. Rec. Aerugin cryst. Unc. unam, Mixtur. camphor. Unc. duas.

LOTIO EXCITANS vid. Lotio Tartari emetici et Lotio Staphisagriae.

LOTIO EXSICCANS s. Plumbi composita. Rec. Acet. Saturn., Vitrioli Zinci $\overline{aa}$ Unc. semis, Mercur. subl. corros Scrup. unum, Aq. comm Libr. duas. (*Inepta formula*).

LOTIO FLAVA s. lutea vid. Aqua phagedaenica (p. 84).

LOTIO AD HAEMORRHOIDAS vid. Linimentum antihaemorrhoidale (p. 510).

LOTIO HELLEBORI s. helleborata Swediaur. Rec. Rad Hellebori albi Unc. semis, Aq. ferv. Unc viginti, cola, adde Tinct. Helleb albi Unc. quatuor

LOTIO HYDROCYANICA vid. Lotio Acidi hydrocyanici (p. 534).

LOTIO HYDROSULPHURATA Dupuytren. Rec. Hepat. Sulphur. salini Unc. tres, solve in Aq. comm Unc. sedecim, filtra; ante usum ex tempore adde Ol. Vitrioli Drachm. unam cum Aq. comm. pauxillo diluti.

LOTIO INCITANS Vogt. Rec. Spir. Angelic. comp. Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. unam.

LOTIO MERCURIALIS Aliberti vid. Aqua rubra (p. 88).

LOTIO MERCURIALIS Manry. Rec. Mercur. vivi Drachm. duas, Acid nitric. Unc. quatuor, Aq. dest. Libr. decem.

LOTIO MYRRHAE Rec. Tinct. Myrrh., Aq. Calcis $\overline{aa}$ part. aeq.

LOTIO NITRICA vid. Lotio acida.

LOTIO NICOTIANAE. Hb. Nicot. Unc. duas, Aq. ferv. Unc. sedecim, infunde, cola.

LOTIO AD PERNIONES vid. Lotio contra congelationes.

LOTIO QUERCUS SATURNINA Augustin. Rec. Decoct. Cort. Querc., Aq. vegeto-mineral. Goulardi. $\overline{aa}$ Unc. sex, Albumin. Ovor. duo, Liquam. Myrrh. Unc. duas.

LOTIO RESOLVENS. Richard: Calc. vivae Drachm. duas, Mercur. vivi Drachm. semis, trituratione Mercurium extingue, adde Aq. Sapon. Libr. duas; vel: Infus. Samb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect., Acet Saturn., Laud. liq. Sydenh., Tinct. Benzoës $\overline{aa}$ Drachm. unam.

LOTIO AD RHEUMATISMUM Spielmann. Rec. Ol. Terebinth., Acidi Salis $\overline{aa}$ Unc. unam, Spir camphor. Unc. sex.

LOTIO SATURNINA s. plumbata vid. Aqua vegeto-mineralis Goulardi (p. 94).

LOTIO AD SCABIEM. Waſchung bei Krätze. Nasse: Hepat. Sulph. salin. Unc. semis, Aq. comm. Unc. sex. Harless: Vitrioli Zinci Drachm. unam ad duas, Decoct. Furfur. tritic. Libr. unam, Ol. de Cedro Gutt. quatuor. Dupuytren vid. Lotio hydrosulphurata.

LOTIO SEDATIVA Swediaur. Rec. Decoct. Capit. Papav. Libr. semis, Mercur. subl. corros. Scrup. unum.

LOTIO E STAPHISAGRIA Swediaur. Rec. Sem. Staphisagr. Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam, col. adde Spir. Vini rect. Libr. semis

LOTIO SULPHURIS Rennie. Rec. Lact. Sulph. Drachm. duas, Sacch. Saturni Scrup unum, Aq. Rosar. Unc octo.

LOTIO SULPHURATO-SAPONACEA. Rec. Sapon. albi Unc tres, Aq comm. Libr quindecim, Flor. Sulph. Unc. tres.

LOTIO TARTARI EMETICI Augustin. Rec. Tartari emet Drachm. unam, Aq. ferv. Libr. unam, Spir camphor. Unc. semis.

LOTIO TEREBINTHINATA Niemann. Rec. Ol. Terebinth., Spir. Vini rectss. $\overline{aa}$ Unc. quatuor, Camph. Unc. semis.

LOTIO AD TINEAM Grindwaſchung. Spielmann: Rec. Calc. vivae *Libr.* unam, Picis alb. Unc. octo, Aq. comm. Libr. sex, coctione misce. Cf. Lotio Barlowi et hydrosulphurata.

LOTIO VERATRI MERCURIALIS vid. Lotio antipsorica et Lotio Helleborata.

LOTIO VINOSA vid. Fomentatio.

LOTIO E ZINCO ET CUPRO vid. Lotio adstringens.

LOZENGES vid. Trochisci, Pastilli, Morsuli.

LUNA VITRIOLATA vid. Argentum sulphuricum (p. 101)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0557-6